


1680

1678





DISSERTATIO
INAUGURALIS JURIDICA,
DE

JURE CIR-
CA FEVDA
RATIONE TEMPORIS
OBSERVANDO,

Quam
AVtore Deo ter optiMô, eIVs fILlo Vnigenito & spIrItV sanCto
PERMISSV ATq; AVTHORITATE

AMPLISSIMI ICTORUM
ORDINIS

PRO LICENTIA
SUMMOS IN VITROQUE FVRE HONORES &
PRIVILEGIA LEGITIMè CONSEQVENDI

MAGNIFICO DNN. PROFESSORUM COLLEGIO
IN

ILLUSTRI LUDOVICIANA
PUBLICè VENTILANDAM PROPONIT

JOHANN - KORNACHER,
SVINFURTO. FRANCUS.

Ad diem 21. Novembris
ANNO M D C LXXIIIX.



G I E S S Æ.
Ex Typographia Academix Ordin. KARGERIANA.



F. 2. Num. 8

1678, 6a

17

P. 222.


VIRI

MAGNIFICENTIA, NOBILITATE,
AMPLITVDINE, PRVDENTIA, PIETATE, IUSTI-
TIA, RERVMq; VSU ET EXERCITATIONE
FULGENTISSIMI, FLORENTISSIMI,

PATRIÆ PATRES UT VIGI-
LANTISSIMI, ITA DEXTERRIMI,

DOMINI CONSUL,
PRÆTOR, CONSULA-
RES, CONSILIARII
SCABINI, SINGULIQUE
SENATORES IN LIBE-
RA ET S. ROMANI IM-
PERIJ REPUBLICA
SVINFURTENSI,

PATRONI ET PROMOTORES
QVOVIS OFFICII GENERE ÆTERNUM
SUSPICIENDI, VENERANDI,



Iuris & moris est, ut Jurisprudentiæ qui percurrit stadium, & post studium theoreticum ad practicum applicaturus est animum, navatæ operæ specimen dare, ejusdemque ab Universitatis Procerib⁹ documentum aliquod exigere soleat, quorū vix est plausibilius, quàm si Doctorali mitra quis dignus judicatur, quò naturalium honestas, vitæ morumque probitas & scientia probantur; Proin cùm Patrens meus ex Vestro Ordine Senatorio DN. Valentin Daniel Kornacher à puero me Musis & Astreæ manciparit, pro hujus temporis ratione de ipso tempore circa feuda observando dissertationem conscripsi: quam verò cujus in Patrocinium potissimùm traderem & submitterem, novi nullum cui magis omni beneficiorum genere obstrictus essem, quàm Vos, Patriæ Patres, Patriæ Lumina & Numina. Serenò ergò accipiatis has studiorum meorum primitias animo, meq; ulterius ut cœpistis, foveatis, precor obnixè. Deus ter Opt. Max. faxit, ut singuli Nestoreis annis communi bono Reipublicæ Svinfurtensis constanter & quietè velificari queatis.

*VV. Magniff. Ampl. devinctissimus
cliens & cultor fidelissimus
JOHANNES Kornacher.*

*Dabam Gießæ die 17^{mò} Novembris.
Anno Æræ Christianæ M D C LXXIIX.*





Q. D. B. V.

CAP. I.

De simplici feudi promissione, itemque Expectativa; & Citationem pro præstanda fidelitate, s. investitura accipienda.

§. I.



Intempore venire, rerum omnium primum est: Sæpè qui justam causam habet, rem suam amittit aut actione cadit, si non debito tempore illam persequi, & jus suum defendere susceperit. Quod in jure feudali maxime sese exerit; Quamobrem præsentem Disputationem de eo, quomodo quis in tempore rebus suis ratione feudorum prospicere debeat, conscribendi animus est.

§ 2. Primum sese offert modus feuda constituendi, ubi de ea facti specie dispiciendum est; Si quis supplicaverit Principi ut ipsi feudum aliquod concederet; an obtentâ petiti promissione, possit invitum per remedia juris ad feudum sibi constituendum atque tradendum compellere? brevius, an ex promissione feudi quis obligetur ad constituendum feudum? Nego cum *Curt. jun. in tr. de feud. p. 2. memb. 2. n. 34. Andr. de Isernia. ad e. si facta n. 1. 2. f. 26. Schneidev. de feud. part. 5. n. 129. quam opinionem communem dicit Rosenth. de feud. C. 6. Cons. 6. in addit. lit. F. quod confirm. qq. Struv. S. I. F. c. 7 th. 7, n. 1 in med fac. princ. Inst. de emt. & vend. § 17. C. de fide instr. ibiq. D. D. ubi habetur, quòd is, qui vendere pollicitus est, quamvis arrham etiam acceperit,*

perit, nihilominus pœnitere possit, & contractum non celebra-
re; ita hîc quoque obtinet, si Dominus alicui feudum promise-
rit. Hæc enim promissio prorsus similis est isti, de qua jam di-
ctum; & nihil aliud est, quàm tractatus præliminaris de feudo
constituendo; Neque est quòd putes, hanc promissionem esse
donationem, & sic ad eam implendam Dominum cogi posse,
per §. 2. Inst. de donat. & itidem, hanc feudi promissionem non es-
se veram donationem prædii feudalis; aliud enim est, donare ali-
cui rem, & aliud, dicere, te velle feudum in aliqua re alteri con-
cedere; hîc promissarius, liceat enim ita eum appellare, seu is cui
feudum promissum, nullum jus, sed spem juris consequendi ac-
cepit; neque enim constat adhuc, quid aut sub qua conditione
sit accepturus, posset promittens ipsi rem ad eò exiguam, aut sub
ita duris conditionibus concedere, ut ipsi prædium feudale hoc
modo accipere, neque commodum neque acceptum foret: add.
Oldendorp. Class. 5. Act. 18. p. m. 487. pr. ubi & illam rationem ex
§. 1. I. de test. mil. adducit, quòd sæpe non seriò sed sermonibus
convivalibus aut jocosis quis aliquid promittat. (2) huc fa-
ciunt textus feudales 2. f. 26. §. si facta & 1. f. 4. pr. ubi dicitur: quòd
Dominus eum quem jam tum investivit, in feudum immittere
cogatur, unde ex contrario liquet, secùs esse, si investitura non-
dum facta fuerit.

§. 3. Ex rationibus antea allegatis, patet, quòd ex sola pro-
missione Dominus postea investire recusans, ne quidem ad in-
teresse teneatur: arg. dd. txx. cum nec is qui venditurum se pro-
misit, ad interesse teneatur, sed solum ad restitutionem arrha-
rum si quas acceperit, duplicatarum; DD. supra citati, Dissen-
tit. Ros. d. c. 6. Concl. 5. cujus sententia juxta mores hodiernos, ubi
ex nudo pacto datur actio, obtinebit. *Conf. Hahn. ad Wesemb.*
1. de pact. n. 9. v. jure Pontif.

§. 4. Secùs autem est, ubi quis Expectantiam uti vocant
accepit, seu de caducitate feudi est investitus; hoc enim casu non
solum ipse promittens sive ut rectius dicam, investiens tenetur
tradere feudum apertum, sed etiam ejus successores, si feudum
sit seculare, ad hoc adstringuntur. *1. f. 3, 2. f. 26. §. moribus. & 2. f.*
35. Hartm. Pist. l. 2. quest. 25. n. 21. seq. Carpz. p. 2. Const. 45. def. 2.
def.

pr. à qua sententia quamvis communi ipse quidem dissentit ibidem n. 3. per rationem, quòd debitor alicujus rei non cogatur præcisè ad rem tradendam, præterquam si debitor sit ex venditione conf. Struv. S. l. F. c. 7. th. 7. n. 1.

§. 5. Convenientius est juri feudali, asserere, quòd ex contractu feudali, quacunque ex causa is celebratus fuerit, Dominus indistinctè teneatur vasallum in feudum immitere: per ex. 2. f. 26 § si facta: ibiq. DD.

§. 6. Sed si Dominus duos vasallos abusivè, i. e. sine traditione habito contractu feudali, investiverit, is erit potior qui prius est investitus. fac. l. 26. ff. loc. cond. Carpz. 2. Const. 45. def. 4 pr. nisi is qui posterius est investitus, prius nactus sit possessionem: arg. l. 15. C. de R. V. § l. 9. §. 4. ff. de publ. in rem act. v. Andr. de Isernia ad d. §. si facta n. 2. Curt. jun. p. 2. memb. 2. n. 33. Borcholt de feud. part. 7. in pr. n. 12. & hanc opinionem communem dicit Vultejus de feud. p. 1. cap. 10. n. 12. vers. quin imò. cui add. Carpz. d. l. n. 4. seqq. conf. Gail. 2. Obs. 55. n. 9. seqq.

§. 7. Quod dictum est, ex duobus investitis eum esse potiozem qui prius in possessionem missus sit, limitare volunt, si is qui posterius eam apprehendit, priore sciente, & per annum tacente, continuàrit: Schrad. de feud. p. 5. c. 2. n. 24. Curt. jun. p. 2. memb. 2. n. 35. inquiens, Alvarottum pro ista opinione allegare bonum textum in c. Titius filios 2. f. 26. Sed quia hæc limitatio nullo nititur vero, & in jure feudali nec etiam Civili statuto textu, contrarium mihi arridet, neque enim dictam restrictionem probat textus allegatus; agit enim ille de annua præscriptione quoad jus retractûs, de quo hîc non est quæstio; aliud autem est alicui præscribià jure retractûs, aliud verò, aliquem præscriptione de juri de feudo, quod jam tum legitimè possedit: addantur hîc et, quæ infra Capite V. tò latius proferuntur, quòd contra vasallum non eurrat nisi 30. annorum præscriptio. Confer. Rosenth. C. 6. Concl. 12. in addit. l. b. in fin.

§. 8. Adde, dissentientes, salvò rectius sentientium judiciò, id per suam limitationem obtinere posse, quòd vasallus possessor sciens Dominum ejusdem feudi possessionem jam in alium vasallum transferre, per silentium annum consentire præ-

sumatur, in tantum, ut nisi ipse contrarium probet, novus & ultimus iste possessor juramento confirmare teneatur, primum istum feudi Possessorem in alienationem expressè consensisse: *arg. text. l. f. 26. in f. & 2. f. 33. vers. inde.*

§. 9. Alteram verò limitationem quam afferre solent, admittimus, scilicet posterius investitum, quamvis prius nactus sit possessionem, non præferri prius investito abusive, quando investitura facta est Principe, specialiter exprimente, dum primum investiret, se velle ipsi Dominium utile absque ulteriori traditione concedere, sive se velle, ut Dominium utile absque traditione & occupatione possessionis statim ipso jure in vasallum investitum transeat; Princeps enim sine traditione Dominium transferre si velit, potest: *vid. Fachinus in Controvers. juris lib. 7. c. 33. vers. porro Principem. Hugo Grotius de jure b. & pac. l. 2. c. 14. §. 5. Gail. 2. O. 127. n. 7. Brunnem. Cent. 2. Decis. 54. num. 4. Ex Feudistis dictam limitationem in terminis tradunt Schrad. p. 5. c. 2. n. 19. ibique allegati, ubi præterea plures qq. exceptiones refert, quam sententiam etiam communem dicit Harim. Pist. l. 2. quaest. 29. num. 26. conf. omnino Matthæus de Afflictis ad tit. de nova forma fidelitatis, ubi hoc n. 510. probat, non obstare inquit, quòd in beneficiis Ecclesiasticis regulariter quoque, absque ejusmodi expressa voluntate Dominium sine traditione transferendi, Episcopus beneficium ipso jure transferat, ita ut postea alteri ne quidem cum inductione in possessionem id concedere possit, ad hunc effectum, ut hic possessor isti primo beneficiario præferatur; non procedit, inquit, hoc casu, argumentum à Beneficiis Ecclesiasticis ad Secularia, cum etiam promissum absenti, neque tum ab eo acceptatum beneficium Ecclesiasticum, alii concedi non possit, quod tamen in profanis negotiis secus est: *jung. Hahn. ad Wesemb. ad tit. de Rit. N. n. 8. in med. aliam differentiarum rationem hinc assignat Fachin. in Controv. jur. l. 7. c. 33. vers. non offendunt. in f. & seqq.**

§. 10. Porro limitatur id quod §. 6to. dictum est, lum vasallum potiore esse, qui possessionem consecutus est, non procedere, quando primus vasallus absque possessione simultaneam investituram est nactus. *Brunnem. Cent. 2. dec. 54. n. 5. seqq.*
ratio

ratio est, quia ut quis consequatur simultaneam investituram, requiritur consensus vasalli, qui jam tum tenet feudum. *Siruv. S. 7. F. c. 9. §. 14.* & sic ex ejusmodi investitura simult: idem jus abusive investitus nanciscitur, quod aliàs agnatis competit. *Brunnem, d. l.*

§. 11. Quid si uterque vasallorum actus possessorios exercent, nec liquet quis possessionem prius sit adeptus? tum præsumitur pro eo, qui primus de feudo investitus est abusive. *Schrad. d. p. 5. c. 2. n. 20. Ros. C. 6. Concl. 12 pr. ibique cit.* modò tamen prior pactis investitura appositis quoque satisfecerit.

§. 12. Si vasallus promissionem de feudo habens, ad petendam investituram citatus tribus vicibus spacio 7. vel 10. dierum, arbitriò Curie terminandò non comparet, postea repellitur. *fac. 2. f. 24. §. 1.* quo casu non sufficit una peremptoria citatio, quia jure feudali in specie requiritur trina: *d. text. junct. 2. f. 22. ibiq;* *Andr. de Isernia n. 2. & 5.* namque & jure Civili, quando lex præscribit 2. aut 3. citationes, ad hoc, ut quis tanquam contumax jure suo cadat, una peremptoria non sufficit, uti communiter statutum dicit *Gail. 1. O. 12. n. 4. Conf. Ros. C. 6. Conc. 43. n. 4. ibiq;* *l. d. ubi communiter Feudistas ita in presenti quest. statuere dicit;* aliud est, si ad primam citationem respondeat se nolle venire, tum enim juri suo renunciat *l. pen. C. de pact. Isernia ad d. 2. f. 22. n. 5. & hanc qq. communem dicit Ros. ibid. l. e. ubi n. 5. & 6. alias exceptiones habet,* Quid obtineat, si Dominus moram æquo longiorem querat in constitutione feudi promissi expedienda *vid. Bocerus tr. de invest. c. ult. n. 3 seqq.*

§. 13. Quod dictum est de trina citatione ad petendam investituram, quidam obtinere qq. putant in feudo antiquo s. paterno, quando nempe Dominus in possessione feudi constitutus citat vasallum ad renovationem investituræ *per text. 2. f. 24. §. 1. ibiq;* *Math. de Aff. Præpositus & alii: idem jure Saxon. statutum dicit. D. Siruv. S. 7. F. c. 10. th. 7. num. 3. diss. Borcholt. c. 7. n. 30. Ros. d. l. pr.*

CAP.

CAP. II.

Quænam investitura sit præferenda, num antiqua, num recentior?

§. I.

PRomissionē feudi sequitur ejusdē constitutio quæ peragitur mediante Investitura, id est contractu feudali, cui cum varia pacta possint adjici, contingit, ut quandoque sit discordia & repugnantia inter investituras, quo casu quæritur, quænam pro vera & potiori sit habenda, num antiqua, num verò recentior? Communiter antiquam præferunt: *vid. Vultej. de feud. 2. c. 3. n. 42. Schrad. de feud. p. 5. c. 2. n. 37. seqq. Rosenthal. C. 6. Concl. 69. n. 14. seqq.* qui in Camera ita Resum dicit ibid. lit. r. in f. ratio eorum est, quia vel ex errore vel metu mutatio facta præsumatur.

§. 2. Sed quia hæc sunt facti, & sic ab allegante probanda veniunt jure communi, neque jure feudali aliud statutum est; prætereà etiam Dominus & vasallus, quemadmodum quilibet alius, viri boni, & qui aliis metum non intulerint, sunt præsumendi; ideò dicendum erat, investituram posteriorem, quando ea est clara, derogare priori, quantum ad ipsum qui pactus est non verò quoad alios agnatos; verba enim non censentur frustra posita, quæ priori investituræ apertè repugnant, & diversam contrahentium mentem à priori investitura satis clarè indicant; nisi alter qui se gravatum putat, probare velit, se ex errore vel metu clausulam sibi præjudicantem investituræ inseri, vel salutarem omitti, passum esse. *Quò inclinat Præpositus ad 2. f. 5. pr. vers. dicit tamen. ubi habet, quòd metus ejusmodi casu non præsumatur per l. fin. pr. quod met. caus. c. sic Rosenth. loc. cit. l. r. allegat Laudensem, qui itidem sententiam communem solum admittat, ubi aliqua metus s. impressionis adsit conjectura; Pro hac sententia optimè qq. facit Resum, quod Jenæ datum, & à D. Struvio relatum est in suo S. 7. F. c. 9. th. 16. n. 7. p. m. 352. ubi familia quædam per simultaneam investituram aliquoties fuit investita simpliciter, ita ut æqualiter succederent, juxta naturam si-*

B

mul-

multaneæ investituræ; tandem investitura mutata est, ita ut secundum gradum prærogativam nach rechter Sipzahl succederetur; postea verò ortâ de successione contentione, iudicatum est secundum posteriorem investituram, ex ea ratione, quòd probabile sit, agnatos consensisse, quia non contradixerint eidem clausulæ, & si imò ex metu immutationem illam permisissent, potuissent postea restitutionem petere. Multò magis igitur hoc procedet, quando non solùm probabile est, sed ex subscriptione & expresso pacto constat, aliquem consensisse in mutationem pactorum investituræ.

§. 3. Dissidentium opinio ita quidem potest procedere, quando prima investiturâ adhuc extante, posterior est dubia, ita ut variè possit explicari, vel quando literæ posterioris investituræ sunt diversi tenoris, v.g. si unum exemplar penes Dominum existens hanc clausulam, alterum verò quod penes vasallum est, aliam contineat, *Carpz. 2. Const. 45. def. fin.*

CAP. III.

De Præscriptione feudi in genere & specie in specie de præscriptione utilis Domini nij contra Dominum.

§. I.

DE præscriptione feudali quædam tractaturus, præmitto præcognoscenda, nempe (1) quòd ad eam inchoandam & complendam requiratur bona fides: per *arg. e. fin. ext. de præscrip: junct. arg. 2. f. 1. pr. vers. strenuus: fac. text. qq. 2. f. 87. conf. Ros. C. 6. Concl. 77. n. 9. ibiq; in addit.* ubi cum aliis hanc communem dicit. (2) quòd titulum attinet sciendum est, quòd uti aliàs ad præscribendas res incorporales sufficit patientia Domini, ex qua ejus consensus præsumitur. *l. 10. ff. si serv. vind. Struv. S. 7. C. Ex. 43. th. 15.* ita qq. ad præscribendum utilis Dominium s. usum fructum feudalem jure feudali nihil ampliùs requiratur, quàm ut quis rem possederit per 30. annos 2. f. 26. §. si quis per 30. ann. quam

quam sententiam communem dicit *Vultej. l. de feud. c. 9. n. 14. conf. Rosenth. d. l. n. 8. ibiq. lit. f. & g.* Exceptio tamen est, si probetur, rem ab initio pignoris titulò datam esse vasallo, tum enim si possedit postea 30. annis ùt feudum, solùm præsuntio erit, eum investitum esse, quam juramento confirmare necesse habet *l. f. 28. add. Prapof. n. 2. add. §. si quis.*

§. 2. Dicimus igitur, posse aliquem contra Dominum præscriptione sibi acquirere utile Dominium in prædio Domini, si vel planè non, vel non ritè sit investitus, nempe absque Paribus Curia: *2. f. 26. §. si quis per 30. ann. junct. 2. f. 32.*

§. 3. Nota obiter, quòd, si Pares Curia: absint, illos expectare oporteat regulariter. *2. f. 33. pr. vers. nec dicatur: Dantur tamen casus excepti per 1. f. 26. vers. testes, de quibus vid. Prapof. ad 2. f. 2. §. 9. Schrad. p. 5. c. 2. §. 7.*

§. 4. Requiritur autem ad hanc præscriptionem præter b. f. ut quis possideat rem ùt feudalem: v. g. servitia illius nomine præstando. *Carpz. 2. Const. 4. Def. 16.* Deinde possessio 30. annorum, ab illo die numerandorum, quò primùm se ùt vasallum gessit, v. g. feudale servitium præstitit; quod semel exhibuisse, si interruptio præscriptionis nulla sit facta, sufficit. *v. Ros. C. 6. C. 77. n. 3. pr. ibiq. l. a. adde 2. f. 37. inf.*

§. 5. Hac 30. annorum præscriptione posse qq. feudum in rebus Ecclesia: itemque in Realibus acquiri, statuo cum *Vultejo l. de feud. c. 9. n. 8. seqq. conf. Ludov. in Syn. 7. F. c. 8. p. m. 175. Gottf. Müller Disp. feud. 4. th. II. qui pro hac qq. opin. citat, Borcholt. d. feud. & Mynsing.* ratio est, quòd, cum *l. f. 1. pr. & 6.* italibi dicatur, feudum posse constitui in rebus Ecclesia:, & dd. generaliter asseratur, præscriptione feudum perinde, atque si investiturâ constitutum esset, posse acquiri, jure non distinguente nec nobis distinguere liceat: *l. 8. ff. de publ. in rem act.* Dissidentes nituntur hac ratione, quòd jure Civ. 30. annorum præscriptione Ecclesia non repellatur à rebus suis repetendis atque vindicandis. sed Retur, hæc ratio non adeò magni ponderis, relicto aliis maturiori iudicio, esse videtur, quia illâ admiffâ, neque in rebus Civitatum, Principum &c. feuda 30. annorum præscriptione possent acquiri, sed ita exceptio à *d. §. si quis per 30.* major ipsâ regulâ evaderet,

ret, & quod ibi constitutum est, locum ferè non haberet, præterquam in feudis plebejis & levioribus aliis.

§. 6. Consumatâ præscriptione, non amplius quæritur utrû vasallus investitus sit nec ne; oritur enim exinde præsumtio juris & de jure Dominum hunc vasallum velle habere, ita ut quamvis Dominus contrarium velit probare, tamen non audiatur *d. text. si quis per 30. 2. f. 26. & c.* Non obstat *2. f. 33. pr. vers. in de etiam: &* iste textus non agit de longissimi temporis præscriptione, n. 30. annorum, sed de alicujus temporis possessione: quod vel exinde patet, quòd inibi constitutum sit, juramentò possessorem obtinere, idem dicendum est de §. fin. ibid. *v. Vultej. 2. f. C. 3. n. 35. in med.* huc facit elegans *text. 1. f. 26. §. 1. inf.* ubi idem casus continetur, & prætereà tempus in *2. f. 33. indeterminate positum, declaratur de tempore annuo. conf. Rhetius ad l. 1. t. 4. pr. vers. pp. possess. inf. de feud. & Præpositus ad d. t. 2. f. 33. num. 2. vers. quæro cum Gl. fin.*

§. 5. Quod autem Præpositus asserit *ad 1. f. 10. num. 60. si* vasallus minori quàm unius anni spatio possederit, quòd nihilominus admittatur ad juramentum sed cum 12. sacramentalibus; id non videtur admittendum contra clarum textum *1. f. 26. inf. nec O. d. 1. f. 10. & n. ibi* tempus non est expressum; multò minùs, quod alibi expressum corrigitur, *d. dicitur solum, quòd propter possessionem vasallus juramentò se possit defendere, etiam cum 12. sacramentalibus* Secundum quosdam; *conf. Matth. de Afflict. ad d. t. 1. f. 10. n. 3. pr.* Quæ sententia nostra hodiè multò magis admittenda, ubi in juramentis ob causas feudales præstandis sacramentales non adhibentur: *v. Schulz. Syn. J. F. c. ult. n. 57. & ex eo Struvius, item Rhetius passim in Commentario ad jus. feud.*

CAP. IV.

De Præscriptione directi Dominiij contra propriarium.

§. I.

Sequitur jam, quod, quemadmodum vasallus utile Dominiij

nium

nium potest acquirere præscriptione, ita qq. Dominus possit præscriptione Dominium directum obtinere, sive quòd quis possit Dominus vasalli fieri ex præscriptione, & hoc est ex natura parium, quorum in uno quod valet, valere qq. debet in altero *l. fin. C. de ind. vid. toll. Tabor. in loc. Comm. l. 14. c. 3. ax. 8.* Notum enim est, quòd Dominus & vasallus æquale jus habeant. *2. f. 6. inf. it. 2. f. 26. §. Domino committente & 2. f. 33. §. 1.* Præsentem hanc assertionem in terminis qq. affirmant Baldus *add. §. si quis per. 30. ann. 2. f. 26. Borcholt de feud. c. 7. part. 3. n. 9. & 10. Rosenth. C. 6. Concl. 81. ubi lit. A. in med. allegat Nicol. Moz. omnes ita statuere dicentem.*

§. 2. Hic quærit Rosenth. d. Concl. 81. num. 3. & 4. an, quando Dominus possedit rem ut feudalem 10. annis, præsumatur esse Dominus, ita ut in petitorio qq. possit obtinere? & det ipse quidem rectius negando, plures hujus sententiæ allegans ibi *l. d. qui hanc communem testantur. conf. Vultej. 1. f. c. 9. num. 5. Bart. Bald. & Jasonem ita qq. statuere dicit Schrader. p. 5. c. 14. n. 16. alii citantur à Rosenth. d. C. 6. Concl. 79. lit. d.* ratio verò Rosenth. h. quam d. Concl. 81. addit, mihi non probatur; quæ hæc est, quòd hæc præsumptio non valeat propterea, quia Domino acquireretur jus non modò in rem nempe feudum, sed etiam in personam vasalli; propter quod jus in personam vasalli acquirendum ne quidem juramentò Domini possessionem atque præsumtionem illam Domini directi firmari posse, statuit d. Concl. 81. n. 5.

§. 3. In quo postremo asserto dissentio à Rosenth. rationem mox proferam: Aut agitur de præscriptione vera, quæ nullam aliam probationem requirit, & tum 30. annorum possessio requiritur. *2. f. 26. §. si quis.* Aut agitur de præscriptione brevioris tēporis præsumptionē saltim inducente, ita ut possit vel ab altera parte per probationes destrui, vel jurejurando possessoris confirmari, & tum unius anni possessio sufficit etiam in Dominio directo defendendo *per 1. f. 26. inf. & 2. f. 33.* ubi conceditur ejusmodi juramentum vasallo possessori, Dominò investituram negante; quidni igitur concedatur qq. Domino possessori, vasallo investituram negante? ex altera enim parte utrobique adest negatio investituræ, & ex altera possessio unius anni: Dominum

autem idem jus cum vasallo habere §. primo hujus capit: probatum est: *add. 1. f. 4. pr. in f. ubi dicitur: si inter Dominum & vasallum est controversia de investitura, & vasallus non est in possessione, sed Dominus, tum Domino detur defensio, i. e. jusjurandum: add. qq. 2. f. 33. pr. cum 2. f. 26 pr. & 1. f. 10.* N. O. quòd ita jus in personam acquiratur: & (1) jus in personam acquiratur hinc per consequentiam, ratione rei feudalis, non ratione singularis statùs seu conditionis personæ primariò: *juxta Struv. S. 7. F. c. 16. tb. 2. num. fin.* (2) & tur etiam quando vasallus utile Dominium præscribit, ipsum hoc modo jus in personam Domini acquirere, ita ut Dominus propter feloniam Dominio directo privari possit. *per loca §. 1. hujus Cap. cit. jung. 2. f. 47. & quemadmodum jure civ. præscriptione quis sibi potest acquirere pensionem. l. 20. C. de agric. & cens. ita qq. Dominus jure feudali servitia feudalia: fac. qq. l. 3. C. de præscript. 30. l. 40. ann.*

CAP. V.

De Præscriptione utilis Dominiij contra Vasallum; quæ fit vel à Domino directo, vel ab Extraneo.

§. 1.

EX dictis Cap. 3tio vasallum sc: utile Dominium præscriptione sibi acquirere posse, fuit hoc, quod is tanto tempore rem negligendo feudum iterum amittere, & Dominus directo suo Dominio hoc utile iterum incorporare possit: *arg. 2. f. 1. pr. vers. Strenuus & l. 35. de R. 7. §. pen. l. de usufr. & l. pen. C. eod. add. Bald. ad d. §. si quis 2. f. 26. Borch. c. 7. p. 3. n. 11. Mynsing. Cent 4 O. 28. Carpz. I. Resorum tit. 9. Reso, 84. n. 17.*

§. 2. Requiritur autem b. fides Domini, per ea quæ C. III. §. 1. dixi de vasallo, quòd is mala cum fide non possit præscribere feudum; quod enim in vasallo justum, id in Domino qq. observari debet 2. f. 33. §. 1. & e. jung. omninò Rosenth. c. 6. Conc. 83. ubi refert qq. casum hujus h. f. possessionis: si sc. defuncto vasallo

lo Dominus lineam primi acquirentis finitam existimans, possessionem occupavit &c.

§. 3. Observa hinc, quod ejusmodi præscriptio noceat solum illi negligenti vasallo ejusque descendentibus, non etiam agnatis; quia non agere valenti non currit præscriptio. *Gail. 2. O. 105. n. 6. Tabor in loc. comm. voc. præscriptio, ax. 3.* at verò agnatis remotioribus agere non licet, antequam feudum ipsis aperiatur defunctis propinquiioribus, quia debetur ipsis sub die incerta, quæ conditioni æquipollet, nempe mortis priorum agnatorum, potest quippe fieri, ut illi ante priores decedant, & sic extinguatur illa cōditio. *fac. l. 7. §. 4. C. de præsc. 30. vel 40. ann. cōf. Schulz. de feud. cap. 9. num. 94. Rosenth. C. 9. C. 83. num. 17. seqq. & Concl. seq.*

§. 4. Qui hoc quod de agnatis remotioribus dictum est ampliat *ibid. Conclus. 85.* etiam quando agnatus vel filius (de quo tamen diversum teneo, vide, quæ infra dicuntur C. 10. per tot.) sunt heredes illius, contra quem præscriptum est utile Dominium. Ampliat porrò, quamvis feudum sit hæreditarium, nisi absolutè tale sit, *ibid. num. 4. vid. tamen Struv. S. J. F. cap. 13. th. 20. pr.*

§. 5. De filiis notari potest, quòd, cum à DD. disceptetur, utrum præscriptio contra patrem impleta ipsis noceat, benè agant, si præscribentem Dominum in mala f. ponant, implorando sc. officium judicis, ut super hac causa cognoscat. *Vid. Ros. d. Conc. 83. num. 19. & 15. fac. bucl. 40. ff. ad l. Aquil. similem cautelam in alienatione illicita tradit Oltend. Class. 5. Act. 18 p. m. 491. vers. consultum.*

§. 6. Ex his quæ modò de non ulu & negligentia vasalli, ut & quæ supra Cap. III. dicta sunt, liquet, tertium aliquem posse præscribere utile Dominium contra vasallum: quando videlicet vasallò feudum negligente, aliquis bonâ fide illud 30. annos possedit ut feudum: *v. Ros. C. 3. Conc. 84. & Vult. 1. c. 9. num. 20.* ubi hanc communem & receptam dicunt. Etiam si Dominus directus ignoraverit hanc præscriptionem *Ros. ib. num. 3.*

§. 7. An & si vasallus contra quem præscriptio allegatur, igno-

raverit? affirmativam puto veriore ex communi præscriptionum naturâ l. f. C. de præscr. long. temp. 2. f. 26. § si quis & 2. f. 9. §. 1. in fin. ibiq; DD. add. Grotius de B. & P. 2. c. 4. §. 6. Cùm enim vasallus non utendo amittat jus suum §. 1. h. cap. ipsius ampliùs non interest, an illud ad Dominum an verò ad alium perveniat.

CAP. VI. De præscriptione Directi Dominiij contra Dominum feudi.

§. 1.

Contra Dominum qq. directum Dominium præscribi posse, communiter statuunt, ut videre est ap. Vult. 1. de feud. c. 9. num. 21. jung. Struv. S. 7. F. c. 15. th. 3. num. 5. usq; ad fin. ubi plures hujus præscriptionis casus proponit, inter quos primo loco illum habet; quòd vasallus directum Dominium præscribere possit, si b. f. se vasallum negaverit, servitia præstare recusaverit, sicque possessionem Domini intervertendo, se in quasi possessionem libertatis constituerit; Non alienus ab his est Carpzov. 2. Const. 3. def. 17. n. 5. & 6. et l. 1. B. sor. tit. 9. B. so 84. n. 4. Si verò solùm cessaverit in præstatione servitorum, neque Dominus ea exegerit, non præscribitur juri exigendi eadem, quia vasallus causam possessionis sibi mutare nequit, & sic nec præscribere, cùm non fuerit in quasi possessione libertatis. Gail. 2. O. 60. num. 4. & O. 73. pr. fac. l. 7. §. f. C. de præscr. 30. l. 40. & DD. com. jung. D. Tabor in Relat. Argrat. 26. n. 8. seqq. & Struv. d. l. Quo casu tamen singulorum annorum præstationi separatim præscribitur 30. annis. conf. omninò Rosentb. 6. Conc. 82. p. tot.

§. 2. D. Struv: loc. cit. num. 7. & seqq. poròt etiã istum casum præscriptionis directi Domini, quando quis feudum b. f. 30. annos taquam rem allodiamalem possedit nullâ à Domino petitâ investituura. Pro qua sententia præter Aut. ibi citatos vid. Carpz. 1. B. sor. tit. 9. B. so 84. num. 5. seqq. Richter Decis. 21. num. 48.

§. 3. In eo verò dissentio à D. Struvio, quando ibid. n. 10. dicit,

dicit, eò qq. casu, quando feudum, illicitè sine consensu Domini alienatum est, præscriptione accedente Dominum amittere etiã Dominium directum: Afferunt hoc quidem multi, quod & *Glossam statueret dicit Baldus ad 2. f. 40. pr. vers. præterea: Gailius qq. 2. Obs. 160. n. 1. seqq. & ex eo Carpzov. 1. B. sor. 9. Responsio 84. n. 19. seqq. ita sentiunt.* Sed contrarium tanquam verius aliis placet; nitimur enim generalibus & benè consonantibus *textibus d. 2. f. 40. pr. vers. præterea c. 2. f. 52. pr. & 55. pr.* ubi dicitur ejusmodi alienationem cassari, irritam esse, & nulla temporis præscriptione firmari posse. Volunt quidem hic opponere, *dd. txx. agere de præscriptione 20. annorum;* Sed quæso quale hoc est figmentum, juri feudali præscriptionem 20. annorum affingere velle? jus feudale illam non novit, & sic quando prohibet præscriptionem, intelligit illam 30. annorum, quæ est feudalis & habetur *2. f. 26. §. si quis. add. Rosenb. C. 9. C. 97. n. 14. seqq. it. n. 3. jung. §. 6. hujus Cap. Vlti.*

§. 4. Non multò meliùs stctuere videtur Struv. S. I. F. c. 13. th. 10. n. 4. seqq. ubi vult distinguere inter b. f. & m. f. emtorem sive possessorem, ita ut ille ejusm. casu dominium directum præscribere possit, non v. m. f. possessor. Sed hoc (1) est contra generalitatē *dd. txx.* (2) contrarium satis clarè statuitur in *d. 2. f. 55. pr.* in med. ubi statim, postquam dixit Imperator, nullam hoc casu præscriptionem procedere, subjicit, emtori b. f. ex emto actio de pretio contra venditorē cõpetat. E. rem ipsam retinere nequit: Nota obiter emtorem ejusm. casu qq. ad interesse agere posse, *vid. Gail. 2. O. 137. num. 9. quam communem dicit Isernia ad 2. f. 55. num. 18. add. Tiraq. ad l. si unquam. C. de rev. don. vers. revocantur. num. 328.* Neque etiam cum Struvio sentit, quem pro scitat, Schrader, qui id dicit solùm, quòd ejusmodi feudum à b. f. possessore possit præscribi tq. feudum, s. ut res feudalis, quando sc. per 30. annos Domino præstiterit servitia, quo casu cessat ratio prohibitionis, quæ habetur *2. f. 52. & 55. ne sc. per alienationem & præscriptionem debitis servitiis privetur Dominus: facit, quòd is, qui per 30. annos b. f. servitia præstiterit, pro vero vasallo sit habendus, licet non sit investitus, vide supra C. III. Si enim alia quævis Domini bona tanto tempore possedif-*



set ut feudalia; Dominium utile acquisivisset, E. & in his bonis feudalibus, quæ per venditionem Domini plenè facta sunt, idem obtineat, uti in prorsus simili casu argumentatur *Glossa ad c. 2. lit. O. inf. de prescript. in 610.* Scire qq. præsumitur & ratihabere alienationem, si à novo homine tanquam à vasallo recipit servitia tanto tempore.

§ 5. Sententiæ huic, quòd se feudum sine Domini consensu venditum emtor sive possessor b. f. non possit præscribere contra Dominum, accedunt *Goeddeus 3. Conf. Marpurg. 33. num. 233. Prepositus & alij passim add. l. Imperialem: ubi dicunt b. f. emtori ablatò feudo competere actionem ad pretium recuperandum, & hoc ipso quòd communiter statuunt, uti habetur in §. seq. 30. annis non posse præscribi ejusmodi alienatum feudum, statuunt simul, quòd nihil intersit s. bona, s. m. f. quis illud teneat, cum jam certum sit, nullam jure feudali, præsertim quoad mores hodiernos currere cum m. f. præscriptionem v. supra C. III. §. 1. quod ipse qq. Struv. in S. J. F. c. 8. th. ult. n. 3. ita statuit.*

§ 6. Quòd autem dixi, 30. annis non posse præscribi feudum sine consensu Domini alienatum, id confirmant *Isarnia ad 2. f. 40. vers. prætereà. Matth. de Afflict. ibid. n. 7. Vult. 1. c. 9. n. 22. & sic DD. commiter statuere dicit Curt. jun. p. 4. causa ult. n. 82. add. Giph. disp. feud. 6. n. 6.*

§ 7. Addunt quidem hinc *Schrader p. 5. c. 4. n. 11. & Prepos. ad 2. f. 40. vers. prætereà; numero, quæro quid si ille. aliam limitationem, sc. quòd b. f. possessor ejusmodi illicitè alienatum feudum tum demum 30. annis etiam quoad Dominium directum præscribere possit, si is non à m. f. sed alio b. f. possessore. acceperit feudum: ex eo, quòd in fidei commissis familiæ & aliarum rerum restitutioni subjeetarum alienatione id observetur, uti communiter DD. statuere habetur apud *Rosent. C. 9. Conc. 85. num. 9. sed ipse Rosent. in feudis rectè id nondum vult admittere, sed ulteriori deliberationi reservat ib. Concl. 96. num. 11. & 12. tum quia dd. txx feudales tam generaliter de prohibita feudi alienatione ejusq; præscriptione agunt, tum etiam quòd DD. comuniter istam Baldi distinctionem non tradunt, &c.**

§ 8.

§. 8. Communis hætenus explicatâ sententia maximè debet servari eo casu, quando vasallus primus, qui legitimus fuit, postquam feudum alienavit, nihilominus Domino servitia præstitit, non aliter, ac si adhuc feudum possideret; hoc enim casu dici nequit, Dominum neglexisse suum directum Dominium, sicque ei nihil imputari potest.

§. 9. Nota si alicubi receptum esset, ejusmodi emtorem b. f. posse præscribere feudum, tum illa præscriptio solùm nocebit Domino atque iis vasallis, qui impedire poterant & debebant præscriptionem, nempe proximioribus & quidem demum post mortem vasalli alienantis ejusque liberorum. Per ea, quæ habet *Ros. d. C. 9. Concl. 85. n. 9. jung. supra §. 3. Cap. preced.*

CAP. VII.

De Successione: In specie quidem, An in feudis agnati in infinitum succedant?

§. I.

Questionem hanc generaliter quidam affirmant, inter quos est *Rosenth. c. 7. C. 59. n. 16. Ludov. Syn. 7. F. c. 5. inf. p. m. 228. seq. n. Rheius ad 1. f. 1. §. 4. vers. licet. moderno temp.*

§. 2. Sed contrarium non modò in praxi & Camera Imperiali receptum est, nempe distinguendum esse hoc modo: Aut feudum antiquum semel ad descendentes primi acquirentis pervenit, & postea ad Collaterales, tum agnati succedunt in infinitum. 2. f. 50. aut non fecit ejusmodi transitum, sed à primo acquirente statim descendit ad Collaterales, & tunc locum habet successio usque ad 7mum gradum tantum. 1. f. 1. §. 4. *Gail. 2. O. 150. & Mynsing. 2. O. 95. per tot. Hahn. ad West. unde cognati. num. 4. Cui sententia etiam accedere videtur Struv. S. 7. F. cap. 9. th. 1 num. 3.*

§. 3. Verùm etiam in theoria hæc sententia distinguens alteram vincit. per *d. 1. f. 1. §. hoc. qq. 4. junct. §. 2. ibid.* Cùm enim in d. §. sin aut 2. ageretur de primo acquirente, nullumque descendente relincente, & diceretur, hoc casu ad fratrem primi

mi illius acquirentis, feudum pertinere, si hoc nominatim actū sit, postea §phō 3tiō de jure filiarum interpositō, Feudista §phō 4tō pergit, quòd beneficium ad venientes ex latere ultra fratres patruales, in 1. f. 8 hoc qq. &c. dicitur ultra 4tum gradum: quod coincidit cum præcedētibus vid. §. 4. l. de grad. cogn. non progrediatur secundum antiquos; moderno autem tempore usq; ad 7mum geniculum usurpetur.

§. 4. Traditō hætenū à Feudista jure, etiā novō, de successione Collateralium, necesse etiā erat docere, quousque descendentes primi acquirentis succederent; in principio enim d. §phi 2. dictum erat, successionem descendentiū in feudis usque ad nepotes ex filio productam esse. Quapropter hīc in §. 4. in fin. hac qq. in parte jus novum addidit, nimirum masculos descendentes in infinitum succedere; non verò agit his verbis finalibus de priore casu in principio d. §phi 4ti adducto & explicato jam tum satis, uti quid. vult Rhetius loc. cit. Opponit enim hic Feudista masculos descendentes (sc. à primo acquirente) masculis ex latere venientibus.

§. 5. Si Autor in d. vers. fin. d. §phi 4. jus novissimum & recentius adducere voluisset, mansisset in iisdem terminis, nec aliud subjectum posuisset, & quòd si, de Collateralibus adhuc agere animus fuisset, descendentes non nominavisset.

§. 6. Præterea dissentientes nullum suæ opinionis fundamentum ex jure feudali proferre possunt; quamvis enim in 2. f. 11. it. 21. & 50. dicatur, agnatos in infinitum succedere, tamen ipsos illos txx. de descendentiis non collateralibus loqui, manifestum est.

§. 7. Id verò absurdū sequeretur ex contraria opinione, quòd Feudista d. 1. f. 1. ubi ex professo de successione egit, & quid in Collateralibus obtineat, prolixè tradidit, non annotasset, quousque descendentes ex primo acquirente jure novo succederent, quos in pr. §. 2di solū usque ad 4tum gradum admitti dixerat. Conter pro hac distinguente opinione *Boreholz. de feud. c. 7. membr. 2. n. 93. Curt. jun. memb. 2. tertia partis principalis n. 48. ibiq; alleg. & Bald. ad 1. f. 14. n. 6. qui allegant. qq. inter alios optimū. Feudistaz. Jacobum de Belviso.*

§. 8. In successione Regnorum & Principatum agnatos indistinctè in infinitum succedere, tradunt DD. vid. Decius Consil. 83. n. 4. & 5. Gail. & Curtius jun. locc. citt.

CAP. IIX.

An filij prioris matrimonij alios excludant.

§. I.

Quando defunctus vasallus reliquit filios ex diversis matrimoniis, quæritur an filius prioris matrimonij excludat reliquos, nempe fratres suos consanguineos? Neg. quia passim generaliter dicitur in jure feudali, quòd filij succedant Parentibus; it. quòd quilibet ex primo acquirente per lineam masculinam descendens in feudum ipsi succedere valeat.

§. 2. Habetur quidem in *text. 2. f. 26. §. mulier*, quòd mulier quædam decesserit relictis filiis ex duobus matrimoniis, & is qui ex primo matrimonio fuit progenitus, tam feudum quàm allodialia bona solus acceperit.

§. 3. Sed & potest vel (1) ibi Jctos respondisse de consuetudine aliqua speciali, non verò generali: *uti dicit Curt. jun. part. 3. memb. 1. num. 27. Baldus ad d. text. & alij plures cit. à Rosenth. (.7. Conc. 16. l. h. & i. vel (2.) ibi posterius matrimonium fuisse contractum ad Morganaticam, quod tum temporis infrequens non erat, dum aliquoties hic casus decisus reperitur in jure feud: np. 2. f. 29 & d. 2. f. 26. §. filij. & hæc ratio exinde stabilitur, quòd in d. §. mulier & c. filius secundi matrimonij exclusus qq. fuit à rebus allodialibus, quod obtinet in matrimonio ad Morganaticam contracto. d. 2. f. 29. ita d. §. mulier communiter DD. accipere dicit Ludov. Syn. 7. F. p. m. 212. conf. Carpz. 3. Const. 29. de fin. 4.*

§. 4. Miror, quòd D. Struvius *S. 7. F. c. 9. th. 5. in f. d. §. mulier* velit corrigere, & pro *prioris* legere *posterioris*, & sic textum illum explicare juxta 2. f. 103. de eo casu, ubi mulier feudum
acqui-

acquisierit secundi viri s. matrimonij contemplatione; Quasi hanc explicationē non potuisset dare retentō vocabulō PRIORIS, ita ut filij prioris matrimonij præferrentur filiis ex posteriori, si mulier primi matrimonii mariti nempe aut liberorum intuitu feudum accepisset.

C A P. IX.

Anis qui ex accidenti factus est surdus, mutus &c. Possit succedere in feudum: it. an jam tum acquisitum feudum retinere possit?

§. I.

Utrumque negamus. Quod primum attinet, sunt quidem multi qui id affirmant, ex 2. f. 36. argumentō à contrario ductō. Sed negativa verior videtur propter 1. f. 6. §. *mutus*, ubi generaliter de ejusmodi inhabilibus dicitur, quod feudum retinere nequeant. Neque verò potest hic *text. 1. f. 6.* de feudo novo, & alter de antiquo solùm intelligi; cùm nulla diversitatis ratio satis commoda & dd. textibus conveniens dari possit. Legibus autē non distinguētib, nec nostrum esse distinguere, vulgatum est.

§. 2. Certum etiam est ex natura feudi, descendentes & agnatos primi acquirentis plus juris in feudo habere non posse quàm ipsum acquirentem. *H. Pistor. l. 2. quest. 32. n. 16. in fin.* jam verò primò acquirenti post acquisitionem inhabili facto potest auferri feudum, uti mox demonstrabitur. v. §. 5. E. qq. illis qui causam ab eo habent. *Neque Obst. in 1. f. 6.* agi de novo feudo propterea, quia ibi dicatur, feudum ab inhabili non acquisitum s. retentum reverti ad Dominum &c. enim hanc illationem nondum sequi, cùm istud quod dicatur feudum ad Dominum reverti, sit intelligendum de terminis habilibus, quando sc. agnati vel filij non adsunt v. *Rosenh. c. 7. Concl. 27. n. 19. ibiq. l. f.* adeoque verba fin: d. §. his omnibus casibus &c. respiciunt ad id, quod in pr. dictum erat de feudo parvo & magno. §. 3.

§. 3. Dedinde ex ipso *text. 2. f. 36. positō*, non vero concessō, *textum 1. f. 6. agere de novo feudo*, probari potest, eum agere de inhabili, tam qui ex accidenti quàm qui naturâ talis est; quia enim ibi dicitur, quòd naturâ inhabilis non admittatur ad feudum; & addita est ratio generalis, quæ alteri casui qq. accommodari potest, non procedit argumentum à contrario, præsertim cum contrarius sensus esset contra naturam contractus feudalis, & jura aperta. v. §. 5. h. atq; in simili casu nempe in feudo novo non distinguatur, utrum naturâ an ex accidenti quis inhabilis sit; Jctus aut ad similia procedere debet *l. 12. ff. de ll. & sententia legis potius est consideranda quàm illius verbal. 1. 17. ff. d. ll.* ita ut ubi eadem ratio, ibi idem qq. jus sit *l. 32. ff. ad l. Aquil.* Id adhuc addendum est, quòd jus nostrum feudale comprehendat multa Collegiorum juridicorum & Curiarum ad casus sibi oblatos Responso, *vid. Rhetius ad jus feud. p. m. 328. & pag. 7. num. 28.* Andr. de Jesernia num. 15. & 16. in prælud. feud. Factum g. probabiliter est, & hîc in 2. f. 36. Concinnatorem juris feudalis fuisse aliquod ejusmodi Resum quod datum erat super illo casu, an is qui naturâ mutus est, possit succedere in feudo?

§. 4. Consentiant nobiscum *Isernia ad d. t. 1. f. 6. §. fin. n. 5. Matthæus de Afflict. ibid. n. 8. in f. plures adducit H. Pistor. d. l. 2. quest. 32. num. 16. ubi qq. Jacobum de Belviso ita statuere dicit, & communem hanc esse vid. ap. Ros. c. 7. Conc. 27. l. g. Inter recentiores conf. Struv. S. 7. F. c. 9. th. 10. num. 3. seqq. Ludov. Syn. l. F. p. m. 198. Rhetius ad d. t. f. 6. §. mutus. n. 5. seq.*

§. 5. In tantum hæc vera arbitramur, ut licet quis jam tunc feudum habuerit, nihilominus ob ejusmodi inhabilitatis supervenientiam feudum retinere nequeat, (1) propter generalitatem *dd. txx. ubi dicitur quòd inhabilis feudum retinere nequeat* (2) propter rationem ibidem 2. f. 36. subjctam, quæ generalis est, & sic dispositionem qq. generalem reddit. v. *Tabor in loc. Commun. l. 16. Cap. 5. ax. 7. & 13.* (3) ex ipso contractu feudali datur conditio causâ data causa non secuta: v. *Isernia ad t. f. 6. §. mutus, allegans bonum text. in l. 5. C. de condit. ob caus. it. l. 3. junct. l. 2. in f. de cond. causa dat. ex quibus ut & l. 5. pr. ff. eod. patet, quòd ob causam datum reocari possit, si alter id implere, nequeat, etiam si*

per

per casum fortuitum v.g. valetudinem impediatur. *jung. l. fin. ibid.*
 Jam vero feudum sub hac pactione datum est, ut vasallus servi-
 tia præstet, quæ si præstare nequit, merito datum secundum jus
 Civile qq. revocari potest. Neque potest servitium per alium
 offerendo vasallus feudum retinere; *resistit enim textus l. f. 6. §.*
mutus ex ratione illa, quia concedendo homini sano, diligenti,
 prudenti &c. Dominus certæ personæ industriam elegisse cen-
 setur, ita ut alius personam ipsius supplere nequeat. *fac. l. inter ar-*
tifices 31. ff. de solut.

§. 6. Secus tamen esset, & contraria sententia admitti
 posset, si servitium consisteret in censu annuo, aut tali opera, quæ
 à quovis substituto in eadem bonitate atque si vasallus ipse age-
 ret, exhiberi possit. *Matth. de Ass. per Fas. de Belviso ad d. l. f.*
6. §. f. num. 13.

§. 7. Non O. hisce quæ in principio §phi quinti dicta
 sunt quòd ejusmodi homo miser non sit onerandus ulteriori af-
 flictione atque pæna. &c. Dominus jure suo utens ipsi neque facit
 injuriam, neque infligit pænam, sed ex contractum suam repe-
 tit; ubi illa tamen æquitas notanda, quòd si feudum fuerit ma-
 gnum, quò ablatò iste miser se exhibere nequeat, ei tantum relin-
 qui debeat, unde se sustinere possit. *d. l. f. 6. §. fin. (2) N. O.* voca-
 bulum retinere in dd. txx. non esse strictè accipiendum, pro eo
 quod idem est, ac in possessione manere, sed de spe successionis
 propinqua, pro eo sc. quòd liberi dicuntur retinere bona paren-
 tum, quando in iis succedunt, uti volunt *Vultej. l. c. 9. num. 119.*
Rhetius ad d. l. f. 6. §. f. n. 10. seqq. ratio eorum est, quia alias, si se-
 mel Dominus mutum naturâ talem, de quo etiam dictum est,
 quòd feudum retinere nequeat, investivisset, censeretur ei grati-
 am fecisse, ut per substitutum serviret & sic feudum iste retineret.
 Etur, hæc dubitatio non impedit, quò minus vocabulum retine-
 re propriè accipere possimus pro manere in possessione; retine-
 re enim feudum dici potest mutus, antequam investitus fuerit
 quando sc. in possessione feudi est; item potest naturâ mutus qui-
 dem esse investitus, sed à Domino ignorante hunc esse inhabi-
 lem, quando nempe per Procuratorem juxta 2. f. 3. petiit investi-
 tyram.

§. 8.

§. 8. Sententiæ nostræ hætenus in §. 5. 6. & 7. traditæ addi possunt *Matth. de Afflict. ad d. 1. f. 6. §. f. n. 1. 9. inf. 10. seqq.* ubi expressè dicit, quòd ea in feudo qq. antiquo obtineat. *it. Baldus ad d. l. num. 2. quam etiam comunem dicit Schneidev. p. 6. de success. desc. m. se. n. 34. plures Autores pro eadem vid. ap. Rosenth. loc. supra §. 4. l. p. Quamvis diff. Carpzov. p. 3. Const. 28. def. 8.*

CAP. X.

An foeminæ per masculum semel à feudo, in quo succedere poterant, exclusæ semper maneant exclusæ?

§. 1.

ID est, quando filius qui successit patri, decedit nullis relictis heredibus, an ejus soror possit admitti ad feudum? Quod communiter quidem negant, uti videre est apud *Gail. 2 O. 148. n. 1.* Sed contrarium verius, sc. foeminam defuncto masculo admitti per 2. f. 17. ubi dicitur, puòd in hujusmodi feudis, in quibus foeminæ ad successionem admittuntur foeminæ non sit locus in successione, **DONEC** masculus supersit, quæ sententia ibidem repetitur, unde patet, eam admittendam esse masculò non amplius extante *v. Vult. de feud. 1. o. 9. n. 92. vers. secundò add. 2. f. 30 & 1. f. 8. §. filia.*

§. 2. Non Obst. (1) 2. f. 104. §. 1. ubi dicitur, filias excludi extante masculò. *R. n. illum tx. tanquam extraordinarium esse intelligendum secundù ordinarios supra allegatos, sc. excludi hoc casu filias, non quidem in infinitum, sed tamdiu donec masculus supersit, quam R. sionem ex inspectione textus, facilè cognoscere quivis potest. Alias R. siones vid. apud Vultejum d. 1. f. cap. 9. num. 89.*

§. 3. (2) Non Ob. 1. f. 6. §. quin etiam. ubi dicitur, quòd relictò masculò ulterius foeminæ non admittantur. *R. in hoc text. non habetur expressè contrarium textibus supra §. 1. citatis; non*

D

enim

enim dicitur hinc, quod in infinitum foeminae, excludantur masculis
semel extantibus, sed solum quod ulterius non admittantur. E.
dicendum est foeminas non admitti masculis extantibus, quous-
que illi extent: praesertim cum in textu, supra spha I. mo allegatis
agatur de hac materia longè clariùs & accuratiùs tanquam in se-
de propria; hinc v. in l. f. 6. saltem obiter tractetur.

§. 4. Nimirum cum in feudis quaedam Curiae foeminas
una cum masculis admitterent, uti videre est ex 2. f. 104. pr. imò
si foeminae positae erant in linea proximiori, easdem praerferrent
masculis, uti apparet ex 2. f. 17. ideò Curia aliqua super ejusmodi
casu constituit, filias non posse simul cum filiis succedere, &
hoc imposterum ita observari debere; de eo verò, an masculo ite-
rum deficiente filia possit admitti, nec ne, hinc nulla reperitur De-
cisio; cumque de hoc casu dubitatum fuisse, neque hoc textu ne-
que alibi in jure feudali habeatur; Ideò optimum est, decisionem
referre ad eum casum, de quo saepius dubitatum erat.

§. 5. Positum itaque dicimus in l. f. 6. §. quin etiam & c. vocab.
Ulterius ad excludendas futuro tempore pristinas illas contro-
versias, non verò ad excludendas filias à jure successionis contra
naturam feudorum; quippe nulli bi in simili habetur, quod is qui
hodie non succedit propter propinquiorem cognatum, cras illò
deficiente qq. succedere nequeat.

§. 6. Aliter quidem pro mea tamen sententia d. voc.
ULTERIUS explicant D. Siruv. S. 7. F. cap. 9. th. 8. num. 7 in med.
Vultej. d. l. c. 9. num. 92. in f. qui etiam ibidem vers. tertio, deducit
contrariam sententiam esse contra mentem & voluntatem feu-
dum constituentium: item num. 93. & seqq. recenset difficulta-
tes contrariae sententiae, & quod ejus Defensores eam ipsi cen-
seant minus æquam: & num. 94. plures adducit communiter sta-
tuentes, quod si foemina exclusa sit (intellige in investitura) tem-
poraliter, per verba, donec masculus superest, quod tum
masculo illo mortuo, adhuc succedant filiae; Sed nonne hoc ipso
jure statuitur citra expressionem feudum constituentium in 2. f.
17? igitur perinde est sive in investitura exprimatursive non.
Aliam difficultatem dissentientium refert ibid. n. 95. sc: exulsi-
onem foeminarum esse intelligendam de successione paterna, ut
cum

cum de succedendo primo acquirenti agitur, foemina exclusa maneat, ad successionem verò fratris vel alterius collateralis admittatur quasi verò non primo acquirenti, sed ultimo defuncto succedatur.

§. 7. Hæc sententia quòd semel exclusa foemina non semper maneat exclusa, defenditur etiã à pluribus, inter quos maximæ authoritatis virum *Jacob. de Belviso numerat Vultejus. d. l. num. 88* sicq; respondisse aliquoties *7 Ctorum Collegia in Academiis Marpurgensi & Wittøbergensi refert. Ex Neotericeis huic sententia accedunt præter Struvium l. cit. Ludov. Syn. 7. F. p. m. 196. seq. Rhetius ad d. text. 1 f. 6. § quin etiam Rosenth. C. 7. Conc. 44. num. 1 §. in fin. & n. 3 seqq. ubi plures alios hujus sententia Autores adducit. lit. A, B, & c. & sic de jure Gentium statuit qq. Hugo Grot. d. j. b. & p. lib. 2. c. 7. §. 22. num. 2. consent. Carpz. 3. Const. 28. def. 13. & 15.*

§. 8. Multi dissentientium videntes suam sententiam contra jus feudale esse, in effectu nobiscum sentiunt, hoc modò quòd foemina semel exclusa perpetuò quidem dicatur exclusa; Dominus tamen hoc modo feudum apertum accipiensteneatur illam foeminam de eo investire. *vid. Vult. d. l. num. 102.*

CAP. XI.

Filius repudiatâ patris hereditate, feudum quamvis antiquum accipere non potest,

Item:

Contractus & delicta patris nocent filiis etiam in feudo antiquo.

§. 1.

Filius repudiatâ hereditate patris, feudum quod ille tenebat accipere non posse expressè constitutum est 2. f. 45. & 50.

D 2

§. filius

§. filius. add. *Tiraq. de jure primogen. quest. 35. num. 11. rationes superpondii loco pro certitudine hujus sententiæ addit Carpz. 2. Const. 47. Def 3. num. 8. seqq. (1) injuriam admodum gravem & ignominiam inferri in patrem defunctum, si repudiando damnosam hereditatem. filius feudum retineret. arg. §. 1. seqq. 7. quib. man. n. lic. (2) filios non nisi mediante persona patris ad feudum pervenire posse, uti infra latius demonstrabitur & sic ad honorem & famam illius servandam, incommodum ex ejus persona proveniens non respuant. Neque verò *dd. txx. 2. f. 45. & 50.* de feudo hereditario accipiendi sunt, uti quidam volunt; ita enim nulla differentia inter filium & agnatum poni potuisset: neque quod de filio dicitur, intelligendum est de feudo hæreditario, & quod de agnatis, de feudo ex pacto & providentia est sumendum; namque patet clarissimè ex *dd. txx.* differentiam poni inter filium & agnatum, E. iidem termini sunt retinendi, eadem feudi species, ratione cujus differentia statuatur, Hanc, sententiam late probat & *communioem dicit Hartm. Pistoris l. 2. quest. 2. add Struv. S. 7. F. c. 9. th. 11. n. 2.**

§. 2. Filius igitur omne æs. alienum ex fructibus feudi, ceteris bonis hæreditariis non sufficientibus, solvere debet: *d. 2. f. 45.* etiam si cum beneficio inventarij hereditatem adierit. *Carpzov. 2. Const 47. Def. 6. Brunnem. Cent. 4. Decis. 85. num. 4. inf. ir. Cent. 2. Decis. 29 num. 3. & Dec. 69. num. 5. Struv. S. 7. F. c. 4. th. 30. n. 3. Richter. Decis. 79. num. 9.* hoc ipso enim quòd patri in feudo succedit, ejus debita exolvere debet; & sic inventarij confectio non potest eum liberare ab obligatione, qua ultra vires hæreditarias in subsidium ex feudo ad satis faciendum creditoribus obstrictus est. *Conf. H. Pistor. 2. quest. 2. n. 45. seqq.* inventarij enim beneficium ad illam successionem pertinet, quam quis volens adit; at verò filius successurus necessario hæreditatem cum feudo adire debet. Alia in super ratio est, quòd facile eluderetur *d. 2. f. 45.* per inventarium, cum tamen unicus modus subterfugiendi onus debitotum hæreditariorum ibi habeatur, nempe si hæres cum consensu agnatorum investiatur quasi de novo beneficio. E. alius non est ad fingendus, cum compilator eum sine dubio addidisset, si verus fuisset.

§. 3. Quan-

§. 3. Quando feudum est oppignoratum, filius illud luere cogitur: videns *prater dicta § §. preced.* Richter *Decis.* 79. num. 6 & 7.

§. 4. Quòd dictum est, filium successorem feudalem, debita hereditaria solvere debere, id non procedit, si pater ipsi saltem legitimam, alii verò integram hereditatem reliquerit. *Carpzov. 2. C. 47. def. 7. ubi etiam alias limitationes habet, uti & Def. 8. ibidem.*

§. 5. Doctores qui dissentiunt, dicunt quòd filius in feudo succedens, saltem pro quantitate fructuum ejus anni, quo vasallus mortuus est, teneatur creditoribus hæreditariis. *Gail. 2. obs. 154. pr. it. quòd in solidum teneatur filius creditoribus, si feudum sit hereditarium. vide Struv. d. l. c. 9. th. 12.*

§. 6. Sequitur jam alterum membrum hujus Cap. Nempe patrem per contractus & conventiones, v. g. per alienationem, consensum in alienationem, per oppignorationem, refutationem &c. filius in feudo nocere posse, ita ut hi illius factis contravenire nequeant:

§. 7. Et quidem quòd alienationem attinet, filium eandem revocare non posse patet ex *1. f. 13. §. 1. 2. f. 9. pr. inf. & §. 1. vers. prescript. 1. f. 8. §. hoc qq. conf. Hartm. Pistor. 2. quest. 13. num. 48. fac. qq. 2. f. 83. ubi tamen non agitur de feudo, uti DD. appellant, hæreditario; nam ita frater non potuisset illud alienatum revocare; sed ut Gothofredus ibi notat, paternum feudum ibi hæreditarium dicitur, quia filius illud sine hæreditate adire nequit. Quòd pertinet, quòd passim in jure feudali ubi agitur de feudo proprio, nempe ex pacto & providentia, filius appellatur heres patris, & per hoc vocabulum distinguitur ab agnatis, uti videre est ex *1. f. 8. §. hoc qq. ubi idem casus qui in 2. f. 83. habetur, & patet quòd in d. 1. f. 8. non agatur de hereditario feudo, quia dicitur, quòd successio feudalis sit observanda. add. 1. f. 13. §. & si clientulus, ubi habetur quòd vocabulum, legitimus heres, in jure feudali intelligatur de filio masculino.**

§. 8. Hoc magis elucescit in præstatione Consensus agnatorum ad faciendam alienationem, Requiritur enim agnatorum consensus, non verò etiam liberorum cujusque agnatis; unde expressè patet patrem consentiendo alienationi, præjudi-

care liberis. vid. 2. f. 39. pr. Hartm. Pist. 2. quest. 7. n. 50. seqq. Richter Decis. 79. n. 3. seqq.

§. 9. Plures rationes hujus sententiæ in §. 6. & seqq. hîc propositæ tradit H. Pist. 2. quest. 13. num. 34. & multis seqq. quarum prima ad revocationem spectat, quòd sc. nullibi in jure feudali dicatur, filium s. heredem posse feudum alienatum revocare, sed semper agitur de agnatis, ubi mentio revocationis fit, vid. txx. §. 7. cit. & sic contraria sententia nullum pro se textum habet & sine lege loquitur: agnati enim in jure feud. dicuntur transversales per masculos cognati, & opponuntur filiis vid. Baldus ad 2. f. 45. n. 5. H. Pistor. d. l. n. 47. per 2. f. 31. 37. & c.

§. 10. Alias quasdam illius, ratione & quidem generales, quæ omnibus casibus §phô 6to hîc recitatis accomodari possunt, & optimè sunt concludentes afferam, quarum (1)ma est, quòd filij à parte causam habeant, ita ut non nisi mediante persona patris ad feudum pervenire possint. v. l. f. 14. §. si Capitanei in f. ubi filius per investituram patris succedere dicitur; ratio est, quia si filius non censeretur feudum habere à parte, sed à primo acquirente v. g. avo, tum frater defuncti potius succederet in feudo quàm pronepos, quia propior est. *Aliaratio est*, quia delictum patris nocet filio, uti DD. communiter statuunt, etiam Isernia ad 2. f. 31. n. 5. ubi dicit: agnati prætendunt causam à primo acquirente, filius verò à patre culpante, cum quo idem est, & à quo esse suum habet. E. filius factum patris à quo hoc lucrum feudi sperat, præstare debet. per l. 149. de R. l. Hartm. Pist. d. 2. quest. 13. n. 49. & 2. quest. 16. n. 21. seqq. Carpz. 2. Const. 47. Def. 3. circa fin.

§. 11. (2)da ratio est, quòd feuda omni penè commercio eximerentur, & alienatio ejus firmiter fieri nõ posset, nisi statuamus, consensum parentis tã ipsij alienantis, quàm consentientiũ agnatorum nocere liberis eorum, sive extent, sive extituri sint, ita ut hi Parentũ facta impugnare nequeant, & feuda quæ parentes non relinquunt, ipsi adipisci non possint.

§. 12. (3)tiã sumit H. Pistor. d. l. 2. quest. 13. num. 55. ex 2. f. 26. §. Tuius. ubi habetur, quòd agnatus proximior alienatum feudum revocet intra annum, etiam si vasallus filium habeat. E. filius non revocat.

§. 13.

§. 13. (4) *ratio qq. quam ibidem num. 56. habet non est de nihilo, quòd ea sit mens & tacitum pactum primitus constituentium feudum, ut illud tum demum ad filios transire velint, si in eadem voluntate per severaverit: patet hoc tacitum pactum exinde, quia feudum primitus constituentes, illud iterum dissolvere possunt: Conventiones autem quæ contractibus adjiciuntur etiam ad heredes transire solent. l. 2. §. 2. de V. O. Id. ib. 16. n. 57. & 73. in fin.*

§. 14. Non Obst. contrariam videri mentem primitus Constituentium, (1) præsertim concedentis feudum; quæadmodum in fidei comisso quod pater liberis debet restituere? propter voluntatem testatoris filiis præjudicari alienando nequit. & enim longè aliam fidei commissi rationem esse; ibi namque voluntas testatoris manifesta est, ne pater ejusmodi rem ex familia alienet, sed ad liberos transmittat; at in feudis nihil aliud agit Dominus feudum concedendo, quàm ut permittat vasallum feudum transferre ad heredes s. descendentes, reservatà sibi unà cum vasallo cui rem dedit, facultate aliter disponendi, ita ut si quando vasallus Domino consentiente feudum alienet vel oppignoret, tum heredes vasalli contravenire nequeant, cum jus absolutum & propriè dictum iis nondum sit acquisitum, sed tum demum jus in feudum habent, quando parenti suo in id succedunt. Quemadmodum aliàs si quis simpliciter cuidam donat rem aliquam, ita ut illam omnimodò habeat & ad heredes transmittere possit: tum constat nihil aliud actum esse, quàm heredem posse in illam rem succedere, si tempore mortis donatarij adhuc in hereditate ejus fuerit. *conf. H. Pistor. d. 2. quæst. 13. n. 71.*

§. 15. (2) non Obst. quòd mens primi acquirentis videatur esse contraria, qui omnibus descendentes feudum acquisivisse videtur: & deri potest ad hoc ex §. 13. hîc. Deinde quia actum gerens censetur se conformasse cum ll. de illo actu disponentibus *D. Tabor. loc. comm. l. 1. C. 25. ax 28.* vasallus videtur feudum accipere juxta communem feudi naturam, quæ hæc est, quòd filius ex persona patris succedat, uti latius hæctenus probatum est. *conf. H. Pistor. l. c. n. 73.*

§. 16. Imò si quis penitus cogitat de mente primi acquirentis, apparet vel inde, illum nolle, à patre alienatum feudum à filio posse revocari. Quòd aut alienet vasallus ex necessitate, & tunc præsumitur primus acquirens consensurus fuisse, si adhuc viveret; aut propter negligentiam memoriæ primi acquirentis, & sic si adhuc viveret non dignaturus esset amplius hoc beneficio illius alienantis familiam, neque revocationem concederet; præsertim cuùm jure feudali & juxt. DD. comm. delictum patris noceat filio: Quòd illud accedit, quòd vasallus feudum alienando, aliud sibi commodius surrogare soleat, quo casu filius revocaturus non de damno vitando, sed lucro captando ageret.

§. 17. Hactenus dictis illud addendum quòd ad Expectativam confirmandam & implendam filius sit obstrictus. i. f. 3 & 9. H. Pist. 2. quest. 26. num. 1. 19. seqq. Struv. c. 7. th. 9. n. 12. add. supra §. 4. Cap. 1.

§. 18. Traditam hoc capite sententiam præter citatos propugnant qq. Borcholt. c. 7. p. 2. num. 57. Struv. S. 7. F. c. 12. th. 14. c. 13. th. 16. C. 14. th. 23. num. 3. plures vid. apud. Knipschild. de fidei commiss. c. 16. à num. 152. usque ad 159. Adde si lubet ex jure Gentium quedam de hac materia dissrentem H. Grotium de j. b. & p. 2. c. 7. §. 19. & 26. It. hactenus tradita obtinent etiamsi filius non fuerit hæres patris. Per rationes allatas. conf. H. Pist. 2. quest. 7. num. 56. Richter Decis. 79. num. 4. 5. & c. ubi in Camera qq. ita obtinere, traditur.

§. 19. Delictum etiam patris nocere filio in feudo probatur ex 2 f. 31. 2. f. 26. §. si vasallus it. 2. f. 37. Carpzov. 3. Const. 27. def. 3. & 6. Struv. c. 15. th. 14. & 15. Giphon. Disp. feud. 9. num. 2. seq. H. Pist. 2. quest. 16. num. 9. ubi in fin. dicit, hoc bene omnes stature quoad delictum in Dominum commissum. add. Gail. 2. de PP. 13. num. 21. & Oldend. de Class. Act. cl. 5. Act. 18. p. m. 482. pr. Idem etiam de delicto feudali personam Domini non respiciente rectè statuunt plurimi, uti eos allegat H. Pist. ib. n. 12. ubi etiam hæc sententia communiter approbata dicitur.

§. 20. In tantum hæc vera sunt, ut filius non solùm quoad vivit delinquens pater, sed in perpetuum à feudo excludatur 2. f. 87. H. Pist. 2. quest. 16. n. 9.

§. 21.

§. 21. N. O. textus citatos ratione filiorum esse intellegendos de feudis hereditariis: v. *supra*. §. 1. hic.

§. 22. Rationem sphi 19. dat. *H. Pistor. d. l. num. 21.* quoniam filiis censetur feudum concessum contemplatione patris, atque adeo hi ab illo causam habere, & istius beneficio feudum consequi intelliguntur: Neque hic puniantur filii propter delicta patris; quia incommodum hoc propriè poena non est; nam bona illa quæ pater habuit, illorum futura non erant, nisi ad ultimum Spiritum ab eo essent conservata, *ut loquitur. H. Gr. de iure b. & p. 2. c. 21. §. 10. n. 2.*

§. 22. Quid obtineat, si delictum non-feudale sit commissum, vid. *op. H. Pistor. 2. quest. 15. num. 8. & quest. 16. num. 5.* item de pœna banni quoad vasallum & ejus liberos vid. *Struv. S. 7. F. c. 15. th. 15. num. 2. conf. Oldendorp. Class. 5. Act. 18. p. m. 490. in fin. & seqq.*

§. 24. Quando in feudum propter delictum vasalli apertum agnati succedunt, nihil interest, sive intra s. ultra quartum gradum à vasallo delinquente distent. *Struv. d. l. num. 5. Carpz. 3. C. 27. à num. 7. usque ad fin.*

§. 25. Patet ex dictis, quòd, quando vasallus feudum contra se præscribi passus est, filii ad id consequendum nullum jus habeant; præscriptio enim contra unum impleta nocet etiam ceteris qui causam ab eo habent. *l. 175. §. 1. de R. l. l. 143. ibid. item alienare videtur, qui contra se præscribi patitur. l. 28. de V. S. Gædd. 1. Conf. Marpurg. 17. num. 73. conf. Rosenth. C. 9. C. 12. n. 7. ibique l. h. & i Baldus ad 2. f. 55. vers. prætereà si contentio. n. 15.*

§. 26. Idem Juris, si investitura legitimò tempore non sit petita. v. 2. f. 31. & 2. f. 26. §. si vasallus *H. Pistor. 2. quest. 18. n. 1. seqq. Carpz. 3. C. 27. def. 11. n. 3. Struv. C. 10. th. 8. n. 3.*

CAP. XII.

Quando feudum à vasallo in alium translatum proximior agnatus revocare possit.

E

§. 1.

D Atō pretio ihtra annum à tempore alienationis feudum revocat proximior agnatus. 2.f.26. §. Titius. 2.f.3. §. sed etiam 2.f.9. §. porro. conf. Baldus ad d. §. Titius. Harim. Pistor. 2. quæst. 11. num. 11. seqq. it. quæst. 5. Vultejus 1.f.c.11. num. 185. Annus hic intelligitur utilis, id est, à die scientiæ computatur. d. §. Titius in f. item 2.f.9. §. 1. in f. Struv. S. 7. F.c. 13. th. 21. Carpz. 2. Const. 32. def. 6. n. 6 seqq. & Const. 50. def. 3. etiam si in extraneum feudum sit alienatum. Carpz. d. 2. Const. 50. def. 1.

§. 2. Absque pretio verò tum demum potest repetere, quando alienans & ejus liberi mortui sunt. Struv. C. 12. th. 14. pr. & c. 13. th. 16. fac. text. 2.f. 83. quamvis diss. Ludov. Syn. 7. F. Cap. 15. p. m. 313.

§. 3. Et quidem hoc casu non tantum intra annum à tempore feudi sibi delati, sed usque ad 30. annos id revocare potest. Primo enim in d. 2.f. 26. §. Titius. absolutè dicitur, quòd mortuo alienante proximior agnatus feudum alienatum revocare possit: Illud autem jus revocandi ipsi competit ex contractu feudali feudum primitus constituentium. E. illa actio, uti quælibet alia, non præscribitur uno anno, sed 30. annis, cum illud tempus jure feudali præfectæ usucapioni s. præscriptioni sit constitutum. Deinde facit huc text. in 2.f. 87.

§. 4. N. O. d. text. 2.f. 26. §. Titius: ibi quòd si consensit, vel per annum tacuit &c. &c. illa verba sunt accipienda de casu proximè præcedenti, ubi agebatur de retractu: juris namque retractûs alia ratio est; illud non est juris naturalis, sed ll. Civilibus favore propinquitatis donatum est, præterea etiam si illo utaris siue non parum interest, parum lucri vel damni inde emergit, unde non immeritò ad brevius tempus illa revocatio est restricta. jung. Struv. d. l. th. 18. Carpzov. 2. Const.

50. Defin. 5.

☉ (o) ☉
☿

CAP.

C A P. XIII.

De jure Primogenituræ; & potissimum, Quòd filius natus ex legitimo matrimonio sit primogenitus, etiamsi ante ipsum à patre suo genitus naturalis postea per subsequens matrimonium legitimetur.

§. I.

Ratio hujus assertionis est, quia ad primogenitum filium requiritur (1) ut quis patri suo legitime sit progenitus (2) & quidem eo tempore, quo is alium filium non habebat; atqui talis est, qui in intermedio uti vocant matrimonio, quod sc. post generationem naturalis & ante ejus legitimationem stetit, natus est; nam cum ipse nasceretur, pater ipsius filium non habebat, sed solum naturalem; naturalis verò ubi legitimabatur, ipse jam ante genitus legitimus filius aderat.

Neque ex jure nostro aliud pro legitimatione afferri potest, quam quod pro vero filio sit habendus. Sed hoc nondum facit primogenitum, nec sufficit ad primogenituram, quam cum alter filius jam tum habuerit hic legitimatus utpote tardiùs factus legitimus, habere nequit. vid. *Tiraquell. de jure primogen. quest. 40. num. 132.*

§. 2. Non Obst. Legitimationem hanc trahi ad tempus natiuitatis, & enim positâ non tamen concessa hac hypothese, v. *Nov. 74. c. 2. pr. verb. legitim. EXINDE fruatur solatio &c. conf. Tiraq. ibid. quest. 34. num. 4. respondeo inquam, illam retroactionem non procedere in præjudicium liberorum legitimorum ante hanc legitimationem natorum, cum jus primogenituræ illis jam tum fuerit quæsitum, non tam à patre, quam ex statuto vel consuetudine ejusmodi jus primogenituræ introducente; non itaq; ipsis jus hoc à patre auferri potest: v. *Tiraq. ib. quest. 35. præfer-**

rim cum illa retrotractio nullibi in jure tradatur, sed solum illud, legitimatum liberis legitimis esse æqualem quoad filiationem, non verò etiam potiorē istis esse. *Tiraqu. d. quest. 34. n. 6.*

§. 3. Aliæ verò differentiz, quæ ex natura rei v. g. prioritate aut posteritate temporis oriuntur, unus quippe filius altero prior est, exinde non sunt sublataz.

§. 4. Tiraquel. l. c. hanc opinionē pluribus rationibus firmat, & (1) quidem, quando duo requisita exiguntur ad jus quoddam consequendum, is potior est, in cujus persona ea duo prius reperiuntur conjunctim impleta & præsentia, quamvis unum in alio prius fuerit. per l. 15. C. de R. V. at verò ejusmodi legitimatus filiationem quæ ad jus primogenituræ consequendum requiritur, tardius accepit. *Id. ib. n. 10.*

§. 5. Ibid n. 8. negat legitimationem in alterius præjudicium retrahi, de quo jam dictum est in §. 2. h.

§. 6. (3) quòd si aliter statueremus, injuria quodammodo inferretur mulieri priori, ejusque heredi filio, cum ea viro non fuisset nuptura, si is habuisset primogenitum, qui ceteris suis liberis bona præriperet.

§. 7. (4) Posito non concessio, fictionem talem posse fieri, ut legitimatio retrahatur ad tempus nativitatis, tamen id non procedit, quando matrimonium aliquod intermedium fuit; quia fictio s. legitimatio hæc non potest trahi ad id tempus, quo pater aliam uxorem habuit; aliàs enim duas uxores simul habuisse videretur, quod tamen fieri nequit. *vid. Id. ib. Veritatem fictio imitatur, ita ut tantum, non verò plus possit fictio in casu ficto, quàm veritas in casu verò v. Joseph: Masquardus de probat. vol. 2. in addit. ad concl. 7073.* Non potest autem fieri hoc casu fictio ita, ut legitimatio retrahatur ad tēpus nativitatis illius naturalis, nec tamen simul ad tempus intermediū, nēpe ubi legitimū intermedium matrimonium extabat. Quemadmodū enim quis non potest primitus habere uxorem aliquam postea eam repudiando aliam capere, & tandem ad illam priorē reverti: ita nec fingi potest à Jcto ejusmodi matrimonium, aut veri matrimonij effectus ei imputari v. l. 16. de adopt. jung. Tab. in loc. Com. l. 6. c. 13. ax. §. 5. & 6. ubi

ubi inter alia sæpiùs inculcat & probat, quòd impossibilia (in se & moraliter maximè) fingi nec possint, nec debeant. Accedit (5) quòd omnis fictio ita sit explicanda, quòd minùs tertius lædatur *Id. ib. ax. 4.*

§. 8. Hanc sententiam etiam approbat & communem dicit *Gail 2. Obs. 141. num. 3. plures vid. apud Tiraquell. l. c. num. 4.* ubi qq. pro hac sententia allegat *Andream de Isernia Feudistarum Aurigam, & Jacob de Belviso, cujus tanta auctoritas dicitur Marantæ in spec. suo part. 3. n. 84.* ut quando in materia aliqua feudali variæ sunt DD. opiniones, potius ipsi quàm aliis credendum sit. *Conf. Magnif. D. Strauchius Exerc. ad ff. 4. th. 9.*

§. 9. Si pacto vel consuetudine cautum, ut primogenitus vel primogenita in feudo succedat, quæritur an fœmina proxima masculum remotiorem excludat? sive an fœmina priùs nata excludat masculum tardiùs natum. *Aff. Ludvv. Syn. 7. F. c. 9. p. m. 194 in fin.* Sed negativa mihi, salvâ aliorum opinione, probabilior videtur, argumentò eorum quæ docet *Hugo Grotius de jure b. & p. l. 2. c. 7. §. 18. pr. junct. §. 17. inf.* quia scil. sexûs præstantia potior est quàm ætatis; ætatis prærogativa inde est, quia natu major judiciò perfectior jam esse, aut priùs futurus creditur; non tamen quovis aliò, sed illo solùm perfectior, qui est in eodem genere in eodem sexu; non verò potest efficere, ut mulier ob majorem ætatem sit æquè apta ad bella & alia Imperij Officia, quàm masculus; unde patet quòd masculus ob invicibilem sexûs prærogativam & præstantiam sit præferendus mulieri, licèt illa citius nata. *add. Grot. ibid. §. 33.* etsi enim illa fœminis minoribus, non tamen masculis est prudentior & ad regendum aptior. Cessante E & victa l. superatâ ætatis prioritate per sexus præcellentiam sequitur quoque effectum illius, nempe jus minorem excludendi cessare. Simile habetur *in 2. f. 17.* ubi fœmina qq. ad succedendum vocata, & non solùm gradu sed & lineâ proximior erat quàm masculus, & tamen ibi concluditur, quòd masculus ipsi præferatur.

§. 10. Non Obst. quòd expressè hïc sit statutum, primogenitum vel primogenitam succedere debere. Reso patet ex prioribus; quòd sc. hïc nihil aliud sit statutum, quàm divisionem fieri

fieri non debere, ita ut si successio spectet ad masculos, primogenitus, si ad foeminas, masculis sc. deficientibus, primogenita succedat sola.

§. 11. Quòd pertinet illud, quòd correctiones sint stricti juris. *Gail. 2. Obs. 183. num. 12.* ita ut non extendantur; intelligendum est ig. ejusmodi statutum cotrigens jus Civ. ita, ut primogenita excludat solùm reliquas filias, non etiam filios.

§. 12. Aliud dicendum foret ex conjecturata mente feudum constituentium, vel statuti; si ita verbà sanarent, ut foeminae succederent sicut masculi, ita tamen ut primogenitus vel primogenita sola feudum obtinerent. *fac. 2. f. 104. §. 1. conf. Rosenth. c. 7. Concl. 41. n. 1. seqq.*

C A P. XIV. De renovatione Investituræ.

§. 1.

Quæritur an renovatio investituræ præcisè peti debeat intra annum & unicum diem, an verò intra annum & mensem? *Prius aff. Communiter. vid. Rosenthal. de feud. C. 6. Concl. 30. lit. g. Ludov. Syn. 7. F. C. II. p. m. 235.* Sed posterius juri feudali magis convenire videtur *fac. text. 1. f. 22. (1)* quia ibi per vocabulũ miles quilibet intelligitur vasallus *1. f. 19. §. 1. 2. f. 22.* ubi quòd in rubrica de milite vasallo, id in nigro de vasallo in genere dicitur, & à DD. de quovis vasallo intelligitur. *it. 1. f. 23.* ubi qui in rubro vasallus in nigro miles appellatur: Quando interdum ut *in 1. f. 19. pr.* aliquid agitur de milite qui vasallus est, ibi iste miles non opponitur vasallis, ut ex dictis & *xxx. cit.* patet; sed distinguitur à militibus qui non sunt vasalli. Facit huc, quòd propterea foeminae in feudis regulariter non succedant, quia servitia militaria præstare nequeunt. *v. 2. f. 104. pr. (2)* quia nuspiam aliàs in jure feudali traditur expressa differentia inter militem & vasallum, ita ut ille sit favorabilior; cùm quilibet vasallus habeatur pro milite, & ad militaria servitia semper paratus esse debeat. (3) quia reliqua quæ habentur in *d. text. 1. f. 22.* DD. accipiunt de quovis vasallo.

§. 2.

§. 2. N.O. puòd alibi ut 2.f.24.pr.annus & dies concedatur ad renovationem investituræ: & ille textus est explicandus & conjungendus d.1.f.22. ubi innuitur, hoc non esse intelligendum de die naturali, sed Civili. *vid. Reusner. Disp. feud. 7. th. 34.* ubi dicit, hoc capitulum ut & alia quædam jura feudalia ex Saxonum consuetudinibus esse deprompta, ubi dies pro mense ponitur, pergit, quòd hoc Compiler vel practicus aliquis non intellexerit, usu tamen compertum habuerit, non protinùs elapsò anno & die naturali præscribi huic renovationi, sed septimanas aliquot puta quatuor indulgeri, antequam privationis pœna debeat infligi, & sic pro DIEM substituerit MENSEM; vel si nolis Compilerem aut practicum accusare imperitiæ, possumus non ineptè statuere, melioris explicationis & perspicuitatis causâ Curiam aliquam præscripsisse annum & mensem ad renovationem, id quod in aliis qq. Curis obtinebat, licèt scripserint annum & diem.

§. 3. Præter Reusnerum l.c. qui tamen contrariam communem & in Camera observari dicit *ibid. in fin. Consentiant nobiscum Struv. S. 7. F. c. 10. th. 7. pr. allegans Finckelthaus. alios pro hac vid. ap. Vult. 1. de feud. c. 7. num. 101. ipse qq. nobis consentit ibid. vers. verùm in fin. ratione veritatis theoreticæ, ita ut juxta eam mensis concessus fuerit ex æquitate. ibid. vers. sed non usq; & c. in med. quem sequit. Gottfr. Mull. Disp. feud. 4. th. 7. Quò pertinet quòd in dubio, maximè in pœnalibus debeamus mitiorem sententiam eligere. l. 42. de pœn. & l. 34. de R. 7. & c. jung. Rethius ad d. 1. f. 22. vers. ut nemo miles, per tot.*

§. 4. Annus iste currit à die scientiæ, aut ignorantia affectatæ. *vid. Struv d. c. 10. th 9. num. 7. vers. 4. Carpz. 2. Const. 45. def. 20. Cæterùm annus iste intelligitur continuus. Rosenth. C. 6. C. 46. Rethius ad d. text. vers. ultra annum num. 2. nisi qua impedimenta justa intervenerint id. ib. & Rosenth. d. c. 6. Concl. 54. ibique l. e. & d. Concl. 46. ubi communis hac dicitur. Hoc casu tamen impedito vasallo solùm tantum temporis conceditur, quantum adhuc ipsi supererat ante obveniens impedimentũ. Vultej. 1. f. 7. num. 131. Ob impedimentum ejusmodi an requiratur protesta-*

tio

tio vasalli, vide apud Rosenthal. d. Cap. 6. Cap. 46.

§. 5. Dominum hoc tempus coarctare non posse communis est sententia, uti habet *Vultej. d. l. num. 102. vid. tamen supra §. fin. Cap. I. h.*

§. 6. De prorogatione illius termini idem sentit *Vult. ib. num. 103. cum aliis.* Si tamen vasallus petierit investituræ renovationem, Dominus non tenetur statim eum investire; sed uti vasallus ita ipse qq. annum & diem à tempore petitiæ investituræ habet. v. *Rosenth. d. C. 6. C. 60. num. 9. Rethius d. l. num. 7.* Intra quod tempus si non investierit, volunt quidem multi, eum amittere Dominium directum per 2. f. 26. §. *Domino & c. v. Borcholt de feud. c. 8. num. 135.* Sed æquior videtur dissentientium, opinio, quam vide apud *Rosenth. d. l. num. 7. ibiq. l. I.* cui & ipse accedit, quia (1) hæc pœna nullibi statuta est (2) in dubio mitiores esse debemus (3) textus qui in contrarium adducuntur agunt de feloniam commissa, ubi sc. Dominus non præstitit id, ad quod obligatus erat, i. e. ubi fidem non servavit; at vero Dominum præcisè teneri vasallum intra annum & diem investire, nullibi traditur: textus in contrarium adducti sunt intelligendi de casu, ubi par ratio est inter Dominum & vasallum; hic vero diversa utriusque ratio est, agitur enim hic in 1. f. 22. de specie quadam reverentiæ Domino exhibenda, quam Dominus vicissim vasallo præstare non est obligatus: agitur hic de recognitione Domini, nempe ut vasallus fateatur se vasallum, & petat ulterius continuari beneficium; At verò Dominus non recognoscit vasallum; non habet beneficium ab eo, & sufficit eum dicere, se investiturum esse, licet id tardius fiat: quia vasalli non ad eum interest, possidet enim feudum, & sic interversionem ejus timere non habet.

§. 7. Aliud est, si Dominus malitiosè denegaret investituram, fidem enim & conjunctionem hoc modo, ut & ipsum contractum feudalem cum primitus feudum accipiente initum violaret. 2. f. 6. in f. jung. *Rosenth. d. l. lit. I. & sic possunt intelligi qui dissentire alioqui videntur. vide Rethius d. l. n. 5.*

§. 8. Quando vasallus ob non petitam investituram privatur feudo, filius qq. illius privatus est eodem *vid. supr. §. fin. Cap. X.*

§. 9.

§. 9. Hic quæritur, si vasallus eo tempore ubi investituræ renovationem petere debebat, intra annum & diem sc. moriatur, antequam petierit investituram, an integer annus concedatur ejus descendentibus?

Distinguit cum DD. communiter *Gailius 2. O. 50. n. 7. seqq.* inter feudum vetus & novum, ita ut filius succedens patri in feudo novo reliquum tempus, quod patri adhuc supererat, solum habeat, id quod de feudo hæreditario concedit *Ludov. Syn. 7. F. C. 11. p. m. 240.* Dissentiunt à Gailio *Mynsinger, 5. O. 9. num. 6. Vult. 1. f. c. 7. num. 131. 132. ibiq. alleg. Rosenh. c. 6. Concl. 45. qui lit. C. in fin. equam* & in judicio observandam suadet *Vulteji* opinionem, propter generalitatem textuum, qui concedunt indifferenter annum & diem ad petendam investituram. *conf. Struv. C. 10. th. 9. p. m. 385.* quæ sententia probabilior videtur.

C A P. XV.

De feloniam; & quidem an illius poena remittatur ob poenitentiam?

§. 1.

AD hanc quæstionem regulariter Respondendum videtur negativè. *fac. 2. f. 44. add. Rosenh. de feud. C. 10. Concl. 17. num. 5. & 24. ibique in addit. ut & in lit. K. ubi plures allegat: jung. infra §. 13. h.* Sed speciales quosdam casus hinc considerabimus; quorum

§. 2. (1) mus esto: Si vasallus post fugam, quâ deseruit Dominum in pugna, revertitur mutato consilio, quæritur an nihilominus feudo sit privandus? Affirmant plurimi per has rationes, quod in delictis consummatis, & quibus agitur ad poenam, poenitentia locum non habeat: & quod textus feudales *1. f. 5. 21. & 2. f. 24.* non distinguant, utrum reversus fuerit, nec ne. *v. Curtius jun. de feud. part. 4. num. 12. Intrigliolus de feud. quest. 73. num. 12. seqq. Vult. 1. f. c. 11. num. 19. vers. neq. Ludov. Syn. 1. F. c. 18.*

F

per

p. m. 372. & alij allegati à Rosenth. C. 10. Concl. 16. l. g. add. Farina-
sius in prax. Crim. 4. Quest. 124. num. 174.

§. 3. Limitant tamen hoc eo casu, si aufugiens per mo-
mentum statim redierit. Baldus ad 1. f. 5. num. 2. Matth. de Af-
flict. ibid. num. 14. inf. Schrader de feud. p. 10. Sect. 7. num. 74. &
quidem si Dominus ad huc damnum passus non sit. Idem p. 6. c. 6
num. 79. rationem hujus limitationis dat Rosenth. d. l. ad num. 8.
lit. h. ibiq. all: quòd vocabulum dimittere Dominum in pugna,
tractum quendam habeat. Si enim cœpit dimittere & fugere, sed
fortè ab alio admonitus, aut dum è conspectu sui Domini ve-
niebat ipse amore Domini incitatus rediit, ordinem suum recu-
perans, viriliter pro Domino pugnans non videtur Dominum
dimisisse: præsertim si damnum Dominus inde nondum senserit,
si alij non aufugerint &c.

§. 4. Aliud vero erit dicendum, si vasallus aufugerit, in-
que loco quopiam expectaverit, in quam partem victoria sit ca-
sura: & sic Domino hostem fugante, ipse qq. redierit, potius præ-
dæ participandæ & periculi propter feloniam evitandi, quàm
Domini juvandi causa. Hòc enim casu non potest dici vasal-
lus ex pœnitentia & amore in Dominum rediisse: neque etiam
re integrâ rediit; sed jam tum perfectè Dominum dimiserat, corij
sui salvandi, vel etiam Domini in periculum conjiciendi ergò.

§. 5. Breviter id addo, illud negandum esse, quòd Schrader. d.
l. vult. probare ex l. 17. §. 10. de Edil. Ed. cum, qui ad fugam gra-
dum unū vel alterum promoverit, & quia milites Domini ipsum
insequentes effugere non potuit; retractus fuerit, non haberi ac
si aufugisset, Contrariū enim clariùs elucescit ex §. 9. ibid. talis n.
non ex pœnitentia fugã omisit sed eam perficere impeditus est.

§. 6. Illud casus est: Si feudum vasallus negavit, an, quia
per hanc feloniam feudo privandus dicitur. 2. f. 26. §. vasallus si:
& §. vasallus feudum etiam si extra judicium negavit. Ludov. Syn.
7. F. c. 17. p. m. 343. pr. pœnitentiã intercedente, si sc. post inficia-
tionem se Domino submittat paratus, ab eo feudum recognos-
cere, pœnam amissionis evadat?

Communiter affirmant, uti videre est apud Schrader. 1. de feud.
p. 9. c. 6. num. 38. Sed cum nullam validam adducant rationem, &

potius

rationes & textus quæ in priori casu sunt adducta à DD. v. §. 1. & 2. hîc: possint & debeant qq. huc accommodari, ne nobismet, ipsi contrariemur, modò statuentes pœnitentiam delictò consummatò admitti, modò non admitti:

§. 7. Malo cum *Andr. de Nernia, in 2. f. 26. §. vasallus si in fin. & Matth. de Afflict. ibid. n. 4. & Carol. Molinæo in consuet. Paris. quem allegat Rosenth. C. 10. Concl. 32. ad num. 8. in addit. lit. dd. statuere, pœnitentiæ locum non esse: si quis malitiosè Domino negaverit se esse vasallum &c. & sic eum directo Dominio privare voluerit: rationes sumam ab ipsis dissentientibus, dum in priori casu statuebât. jus feudale nihil habere de hoc pœnitentiæ effectu, adeoque nec nobis id fingere licere item in delictis consummatis, pœnitentiæ non esse locum: & quod in 2. f. 44. ob pœnitentiam feloniam non deleri dicatur; Jam verò Jctus ad similia procedere debet v. l. 12. ff. de ll. & 2. f. 24. §. 2. vers. sed quia.*

§. 8. Non O l. 26. §. 5. de nox. act. R. à partic. ad Univers. N. V. C. Non sequitur aliquo casu jure Civ. admittitur pœnitentia, E. ubique. E. etiam in jure feudali: In contrarium potiùs extat Regula in jure Civili: Delicta sc. pœnitentiâ non extinguuntur aut impunita esse, fac. l. 55. & 54. §. 3. de furt. l. 1. §. 25. de pos. lex pen. de vi bon. rapt. quam sententiam defendit D. Tabor in Racemat. Crim. 3. §. 26. & seqq. ubi qq. contrariis quibusdam argumentis R. det. conf. Gail. 2. O. 106. num. 3. D. Tabor loc. Comm. l. 14. C. 42. ax. 2. Cui regulæ non O. l. 19. ff. de fals. R. enim ibi delictum non fuisse consummatum, v. Menoch. de arb. Ind. iquest. Cas. 360. n. 10 nec O. l. 5. §. f. C. ad l. Jul. Mejest. & l. 13. ff. de cust. reorum. R. ibi agitur de alia pœnitentia & singulari casu; ibi delinquentes, qui ignoti erant, & se ipsi indicarunt, prætereaque conjurationem contra Remp. detexerunt, veniâ digni visi sunt, & sic meritò ibi facta est à Regula exceptio.

§. 9. Deinde ad ipsum text. l. 26. §. 5. de nox. act. cur sc. ibi pœnitentia remittatur ob pœnitentiam, R. potest dupliciter: (1) cum D. Tabor l. c. & D. Holtermanno in sua Exercitatione de pœnitentia &c. ibi non agitur de delictò strictè dicto, seu ordinario, autem nominato, cujusmodi sunt furtum &c. jung. Struv. S. 7. C. Ex. 48. th. 13. Tagius tr. Crim. part. 1. num. 17. Harprecht. ad pr. 7. de O. qua

ex del. num. 8. ubi pœnitentiæ locus non est. §. 8. b. Sed agitur ibi de casu, ubi quis solum se reddit indignum beneficio, & quidem Prætoris constituenta illam pœnam: in cuiusmodi poenis Prætoris locus esse solet Pœnitentiæ. v. l. 8. §. pen. de al. jud. mut. causa. ibique Glossa & Baldus vel responderi potest cum Bartholo ad l. qui ea mente 65. (ipsi est l. 67.) n. 2. in ejusmodi text. v. g. d. l. 26. de nox. act. l. 8. de al. jud. mut. caus. & c. actionem oriri ex malefacto ad interesse: ex pœnitentiâ autem desinere interesse, & sic consequenter actionem ex pœnitentiâ tolli; secus autem esse ubi ex delicto, & quidem Ordinario agatur ad poenam consequendam. vid. pluribus ibidem Bart. ubi aliis qq. ll. quæ obstare videntur. & det. add. Wes. ad tit. quod met causa n. 6. vers. in quo satis D. Taber. d. l. ax. i.

§. 10. Deinde magna est diversitatis ratio inter casum d. l. 26. de nox. act. & nostrum præsentem feudalem; nam ibi Dominus negavit rem suam esse propriam, & sic dereliquit suum servum, qua negatione alteri damnum præsertim directò & intentionaliter non intulit, sed alter perinde atque si Dominus servum noxæ dedisset, eum noxæ accipere poterat per judicis adjudicationem; videtur eò animò Dominus negasse suum esse servum, ne illam quasi ignominiam auferret, se aluisse in probos servos, & potius odio contra servum, quàm animo alterum damno afficiendi negavit servum suum esse; At in nostro casu feudali is qui beneficium ab altero tenuit, voluit eum privare Dominio directo, de jecit eum de sua possessione l. 6. §. 1. it. l. 20. & 25. de A. vel Am. poss. l. 12. & 18. de vi & vi arm. Talem vero violentum possessorem perinde atque furem perfectum delictum commisisse, patet ex l. 4. §. 23. de usucap. ubi quemadmodum res furtiva ita & vi possessa usucapi posse negatur.

Accedit quòd vasallus fidelitatem Domino juratam tam graviter læserit; quæ circumstantia itidem non habetur ind. l. 26. §. 5. de nox. act.

§. 11. Nec O. l. 3. de divortio. & ibi non agi de delicto; cum divortium olim licitè fieri potuerit. Struv. S. 7. C. Ex. 30. th. 39.

§. 12. Sitamem statuto vel firmâ consuetudine introductum sit, ejusmodi casu inficiationis pœnitentiâ locum habere; tum
in

in dubio ita erit statuendum, ut à jure communi minùs recedatur, nempe solùm usque ad L. C. locum esse poenitentia: cùm ipsi inficianti saltem ex æquitate hoc casu concederetur poenitentia, & ejus effectus, uti aliàs dicit *Rosenth. C. 10. C. 32. n. 19* quæ non concedenda foret, si vasallus fuerit adeò perfriatæ frontis, ut etiam judici mentiri eumque decipere voluerit. v. *Præpos. ad 2 f. 26. §. vasallus. Ros. d. l. lit. cc. & ff. jung. Ludov. Syn. 7. F. c. 17. pr.* Plura de hac materia v. *ap. Schrad. 1. f. p. 9. c. 6. n. 39. seqq.*

§. 13. Pro hæcenus dictis, quòd sc. poenitentia post feloniam locum non habeat, facit, quòd in emphyteusi qq. jure Civ. non admittatur poenitentia, quando le. trienniò præterlapso canon non est solutus. *per l. 2. C. de jure emphyt. ubi dicitur, quòd tempore illo elapso Domino liceat omnimodò emphyteutam repellere, Nec O. quòd de jure Canon. celeri satisfactione sibi consuleri possit emphyteuta per c. fin. ext. de l. cond. & enim correctiones esse stricti juris: d. caput itaque debere solùm intelligi de emphyteusi Ecclesiastica, de qua ibi agitur: & dari potest ratio differentia; quia sc. emphyteusis Ecclesiastica post biennium amittitur non soluto Canone, ideò in eo illiusmodi emphyteutæ sunt relevati, quòd celeri satisfactione moram purgare possint. emphyteuta v. Civilis integrum triennium habet; & sic ille specialis favor poenitentia illi, non est concedendus, *add. Fachin. 1. Contr. C. 98. Rittershus. diff. j. Civ. & Can l. 3. c. 24. vers. quartò. & hanc opinionem communem dicit, quamvis ipse diff. Carpzov. 2. C. 38. def. 11. rationem suæ dissensionis quam ibi assignat, quòd sc. Dominus voluntatem suam nondum declaraverit, ipse refutare videtur in prax. Crim. p. 2. Quest. 80. num. 67. ubi simpliciter dicit, quòd jure Civ. fur poenitentia non possit evitare actionem furti, quamvis Dominus voluntatem suam nondum declaraverit, quòd actionem furti instituere velit: Quod quidem ibidem & passim in de prax. Crim. limitat secùs esse, ubi poena capitalis sit irroganda, ita ut quando res restitui possit in pristinum statum, poena mitigari debeat.**

C A P. XVI.

A quo & contra quem possit commissâ feloniam actio institui ad repetendum feudum.

§. I.

Quæritur quando vasallô contractum feudalem non observante, & ita feloniam commitente, Dominus decedit antequam feudum revocare cœperit, an ipsius heredes adhuc actionem ad revocationem habeant? Negat hoc Struvius cum aliis; Sed ipsi haud consentimus, si generaliter negationem suam intellectam vult, allegat quidem pro se l. 7. C. de rev. don. Ast ad eam jam diu respondit Brunnem. ad l. fin. C. d. t. in med. quòd sc. d. l. 7. non procedat in ultima causa revocandi ubi donatarius idè privatur donato, quòd leges donationi impositas non impleverit; Et communis est vox Juratorum, dictam l. 7. esse intelligendam de donationibus simplicibus; at verò quando alicui quid donatur ut vicissim aliquid præstet, tum non est donatio simplex, sed sub modo: in cujusmodi donationibus heredi donantis qq. conditio competit, si donatarius modum non impleverit. fac. l. 3. & t. t. C. de don. qua sub modo junct. l. 2. & 3. C. de condict. ob causam ibiq; Brunnem. in fin.

§. 2. Ad feudum etiam revocandum ob non servatum contractum feudalem datur conditio causa data causa non secuta, uti patet ex l. f. 21. vid. ipsamet Struvius S. 7. F. c. 8. th. 4. n. 2. qui etiam hanc actionem, statuit generaliter & indistinctè competere, fide promissa violata. in Cap. fin. th. 2. num. 5. Itaque hæc actio revocatoria etiam non præparata ad heredes Domini transit, per dicta §. 1. h. junct. t. t. ff. & C. de condict. causa dat. causa non sec. vid. Struv. ipse in suo S. 1. C. Ex. 18. th. 16. pr. & fin. unusquisque enim sibi suisque heredibus videtur prospexisse l. 9. de probat. 2. f. 18.

§. 3. Conreniunt hisce benè quæ habet D. Struvius in S. 1. F. c. 15. th. II. n. 4. & 5. licet sit, inquit, convenientia inter donationis ob ingratitude & inter feudi revocationem: tamen hæc intercedit differentia, quòd feudum expressè sub conditione præ-

præstandæ fidei & reverentiæ concessum; in donatōne verò nihil à donum accipiente promittatur; adaque hac in re feudum magis accedat illis negotiis, quibus aliquid datur, ut vicissim aliquid præstetur. Hactenus ille.

§. 4. Et hæc ita se habent ob non servatum contractum feudalem, id est quando quæ ex eo debentur, sive promissa sint expressè sive tacitè, (generales enim formulæ fidelitatis sunt quæ quicquid juxta jus feudale ratione fidei debeat vasallus, complectuntur) non sunt præstita. *conf. l. 9. ibique DD. de condict. causa data causa n. s. Andr. de Isernia ad l. f. 21. §. sancimus vers. ex quo non & Prepos. ad d. l. pr. it. Matth. de Afflict. ibid. n. 7 pr. jung. Struv. S. l. F. c. 15. ib. n. 4. in m. d.*

§. 5. Non Obst. Communem opinionem esse in contrarium *v. Rosenth. C. 10. Concl. 40. pr. l. a.* & illos omnes Autores, quos plures quàm 100 ibi collegit Ros. agere de eo casu, quando heres Domini actione pœnali vult convenire vasallum: sicuti videre est ex citato à Ros. Schradero p. 2. part. 9. princ. Sect. 10. quæst. 42. num. 5. & sic accipiendus est etiam D. Carpz. 3. Const. 27. def. 5. quod patet ex Defin. 10. ibid. Aliud verò est, & fortassè nemo inficias ibit, si heredes actiones genus ex contractu eligant & conditionem causa data quæ datur etiam ob facta, quæ pecuniâ non æstimantur, quale est v. g. ut servus manumittatur. *per l. 5. §. 2. de prescript. verb. & l. 3. §. 2. de cond. caus. d. caus. non sec. & sic qq. ob non præstitam fidelitatem. add. Oldend. Class. 5. Act. 18. p. m. 486. pr. in stituant, vel donationem repetant ob non servatum modum. Schrader. l. cit. n. 16.*

§. 6. Illius aut REGULÆ, quòd actione pœnali heres Domini vasallum nequeat convenire aut feudum revocare, limitationes plures vide apud Schrader. d. l. ubi primo loco illam regulam fallere dicit, quando privationis pœna ipso jure infligitur vasallo. *per l. 14. de publ. & vet. l. 20. f. de accus. ibiq. Barthol. in med. & c. addit rationem, quia in pœnis quæ ipso jure imponuntur, sententia requiratur non ad impositionem pœnæ, sed ad ejusdem jam impositæ executionem: executio autè contra heredem qq. dari potest. d. l. 20. l. 1. C. ex delict. defunct. Id. ib. & 2. f. p. 9. princ. num. 213. seq. N. O. quòd qq. eo casu, quo pœna ipso jure infli-*

infligitur, requiratur, ut Dominus voluntatem suam declaret, se velle v.g. feudum revocatum. v. *Id. 2. p. 9. p. princ. Sed 9. n. 1. seqq.* Ad quod dubium variè respondet ipse d. 2. p. 9. princ. *Secl. 10. qst. 42. num. 9. seq.* ubi inter alia tradit, certi juris esse, quod jus declarandi voluntatem transeat qq. ad heredes, eo casu, ubi illa declaratio requiritur non pro substantia actus, sed tantum pro ejus executione. Per allegata, *ii: per l. 40. sol. matrim.*

Sicuti ad executionem legati, quamvis id ipso jure acquiritur, requiritur declaratio voluntatis, legatarium sc. illud habere velle, quæ tamè declaratio etiam ad heredem transit *l. 65. §. 1. de leg. 1.*

Hanc exceptionem hîc in §. 6. traditam non admittere vult. *Carpz. 3. Const. 27. Def. 10. num. 5. seqq. ii. Struv. S. 7. F. c. 15. th. 12. num. 4.*

§. 7. Plures verò modos quibus feudum ipso jure amittitur, habet *Rosenth. c. 10. Concl. 41. num. 25. & multis seqq. Schrad. 2. p. 9. princ. num. 21. seqq.* ubi statim n. 21. inter illos refert alienationem in scio Dominò factam; quod etiam dicit Ros. d. l. & DD. communiter ita statuere vid. ap. eundem *C. 9. Concl. 2. n. 1. seq. ibiq. l. a. & C. Ex recentioribus adde sis Struvium S. 7. F. C. 15. th. 11. in fin. Rhetium ad 1 f. 13. n. 1. seqq. ii: Oldendorp: Classe 5. Act. 18 p. m. 482. vers. si autem in fin.*

§. 8. Quid si vasallus non peccaverit in Dominum, sed aliàs grave quid commiserit, v.g. fratrem suum interfecerit, ex quo se feudo indignum reddidit, an & tum agnatus proximus ejusque heredes feudum indistinctè petere possunt, sive sc. agnatus proximus ipse inceperit petere, sive ejus heredes primitus instituant actionem? Affirmamus etiam heredes proximi agnati ex sua persona repetitionem feudi incipere posse. v. 2. f. 37. & 2. f. 24. §. *denique:* accedit quod quælibet actio ex delictis privatis etiam heredibus competat. §. 1. *I. de perp. & temp. act. Struv. Ex. 46. th. 80.*

§. 9. Occasione eorum quæ à §. 1. usque ad 7. h. Cap. sunt tradita, quaritur etiam quid juris, si vasallus non observaverit promissa in contractu feudali, & decedat, antequam Dominus cœperit revocare feudum, an nihilominus Dominus possit actionem revocatoriam incipere contra heredes? Negat hoc ibidem *D. Struvius S. J. F. c. 15. th. 12. n. 4.*

§. 10.

§. 10. Verum enim verò hæc quæstio non ita generaliter videtur neganda, omninò enim Dominus actionem ex contractu feudali contra vasalli heredes primitus instituire, & feudum ab iis revocare potest. *fac. l. 8. C. de Condict. ob caus.* ubi habetur, quòd, si donatarius non observaverit legem dictam donationi, res donata qq. ab heredibus illius repeti possit, idque sine distinctione & generaliter. *vid. Brunnem. ad d. l. ult. in med. C. de revoc. donat. ibiq.* Azo dicit ibid. Brunnem. quod statutum est in l. 7. C. eod. actionem revocatoriam nisi inceptam non transire in heredem ingrati, non habet, inquiens, locum in ultima causa, quando sc. revocatio fit ob non servatam conditionem s. modum impositum donationi. Sic itaque ex contractu feudali competens actio ad revocationem ob non servatum contractum, institui primitus potest contra heredes vasalli; addi. f. 21. ubi dicitur dari ejusmodi casu condictio causa data causa non sec. jam verò illam indistinctè contra heredes defuncti competere statuit ipsemet *Struv. S. l. C. Ex 18. th. 17.*

§. 11. Neque est quòd objicias communem opinionem mihi obstare *v. Rosenth. d. C. 10. C. 40. pr. l. a. it. verbum ultionis in d. 2. f. 24. §. denique quod urget D. Struv. c. loc.* Namque dd. Auctores agunt de actione pœnali, uti apparet ex *Carpz. 3. Const. 27. Def. 10.* & ita potest verbum ultionis ibidem accipi; quando nempe Dominus vult agere ex capite ingratitude juxt. l. 7. C. de rev. donat. conditione ex moribus: in qua sententia uti supra ad quæstionem §. 1. mò propositam, ita hîc qq. reperio *Schraderum cum all. p. 2. p. 9. princ. Sect. 10. quest. 43. post n. 23. vers. octavo: jung. §. 3. hujus Cap.*

§. 12. Quòd verò Schrader ibid. num. nono refutare vult Ripam generaliter mecum vera esse statuentem, quæ hîc in §. 10. & 11. habentur atq; hætenùs dicta, nempe conditionem ad repetendum feudum Dominum contra heredes vasalli posse incipere limitat non aliter procedere, nisi nbi pactum aliquod extrinsecus contractui feudali adjectum fuerit violatum, ita ut hæc condictio locum non habeat, quando pactum intrinsecum h. e. substantiam vel naturam contractus respiciens nò sit observatùs: Ea D. Schraderi sententia, relicto aliis ulteriori & prudentiori
G arbi-

Arbitrio & iudicio, mihi probabilis haud videtur.

§. 13. Priusquam autem rationem ipsius consideremus, statim ad eius sententiam retundendam sese offert *text. l. f. 21. §. sancimus*: ubi dicitur, quod conditio ista ad repetendum feudum datur, si vassallus Domino servire noluerit; jam verò servire Domino feudi esse pactum aliquod intrinsecum i. e. naturam contractus feudalis respiciens, & citra pactum extrinsecum feudo inhærens, luce meridiana clarius est, & una Feudistarum vox est: *add. 2. f. 23. in fin.*

Rationem v. illius, ut eius imbecillitas eò magis pateat, Syllogismi cancellis includam hoc modo:

Ex contractu nominato non datur conditio causa data &c.
per *l. 12. C. de R. V. l. 9. C. d. emt.*

Contractus feudalis est nominatus. E.

Missa & in medium relicta minore in maiore distinguo ita; Ex contractu nominato juris CIVILIS non datur conditio ista: Sed bene tamè ex contractu nominato JURIS FEUDALIS per *d. text. l. f. 21* Deinde ipsius sententia ex ipso jure Civili refellitur, dum statuit, actionem quæ datur ex natura contractus feudalis non competere ad rescissionem: Illam verò quæ est ex pacto adjecto, dari ad rescissionem. Notum enim est, pactum adjectum vim suam habere ex contractu, adeò ut ratione pacti adjecti non datur nova actio, sed illa ipsa quæ ex contractu venit, solum informetur. *l. 7. §. 5. ibiq. DD. de pact.* Positò tandem, neutiquam verò concessio, conditionem causa data c. n. sec. non competere, quando feudum, revocatur ob non servata, ad quæ quis ex natura feudi obligatur: daretur tamen conditio illa qua donatum repetitur, cui conditio tacite inest, nec observata tamen fuit. *v. l. 9. pr. ff. de Cond. causa data.*

§. 14. Cum sententia nostra hic in §. 10. & seqq. tradita alios qq. facere; video scriptum apud *Rosenth. de feud. C. 10. §. 40. num. 26. seqq.*

§. 15. Neque mireris ex feloniam hoc modo duplicem competere actionem, tum ex contractu, tum ex delicto; nam id juri Civili qq. non est incognitum: ita depositarius furtum rei depositæ committens, tam tenetur actione furti, quàm depositi; & credi-
tor

ror pignore utēs tenetur actione furti. §. 14. 7. d. *O. que ex d. nasc.*
 & pignoratitiā: ita ob non servatum pactum donationi adjectum
 potest actio ingratitude institui ex l. 7. C. de rev. don. &
 potest etiam actio ex conventionē institui ex t. C. de donat. quæ
 sub modo. *jung. supra §. 5. & II. consentit. Schrad. 2. p. 9. pr. Sect. 14.*
quæst. 67. n. 15. in fin.

§. 16. Si verò agnatus vult repetere feudum ab heredibus
 defuncti qui crimen commisit, id non aliter procedit, quàm si li-
 tem contra defunctum contestatus sit. *v. l. 26. de O. & A. l. un.*
C. ex del. defunct. conf. Schrader 2. p. 9. princ. Sect. 10. n. 17. ubi hanc
communiorem dicit.

§. 17. Neque Obst. de jure Canon. actiones ex delictis dari con-
 tra defuncti heredes indistinctè per c. 6. ext. de rapt. & det enim
 ad hoc ipse Schrader. *l. c. n. 19.* quòd illud capitulum solùm proce-
 dat quoad persecutionem damnorum vel interesse; non vero
 quoad pœnæ petitionem. Vel potest responderi d. cap. non ob-
 servari; & niti id falso fundamento, quasi per ejusmodi satisfa-
 ctionem anima defuncti possit adhuc salvari. *vid. D. Stryke in*
diff. j. Civ. & Can. Decade 10. diff. 9.

§. 18. Ad regulam istam, quod actio pœnalis non detur con-
 tra heredes delinquentis, nisi cum ipso lis contestata fuerit, plures
 exceptiones habet Schrader *d. l. n. 20. seqq.* quarum prima est, si
 feudum ipso jure sit amissum, quam sententiam comunem & ve-
 riorem asserit. *jung §. 6. b. cap.*

C A P. XVII.

Quinam fructus feloniam commissa, cum feudo
 sint restituendi?

§. I.

Q Uod attinet fructus ante feloniam perceptos, illos non de-
 bere restitui facilè patet, & communis est sententia, sive
 sint adhuc extantes, s non: de quo latè tractat *Schrad. 2. p. 9. princ.*
Sect. 3. n. 1. & multis seqq. ubi limitationes addit: Limitat inter alia

G 2

hanc

hanc regulam in feudo Regali, veluti Ducatus, Comitatus &c. quantum ad fructus adhuc extantes *d.l.n.27*. Cui tamen contradicit *Rosenth. de feud. C.10. Concl. 42. n.33*.

§.2. Fructus adhuc pendentes sunt pars feudi. *f.l. 44. de R. V. & sic una cum feudo restituendi sunt*. Idem dicendum de columbis & piscibus, qui fructificandi & crescendi causâ habentur. *v. Schrader 2. p. 9. pr. Sect. 4. n.10 & II.*

§.3. Quod verò ad fructus post feloniam perceptos attinet distinguo. Aut Dominus ejusve heredes revocât feudum actione ex contractu, nempe condicione cauladata causa non sec. & tum omnes fructus à tempore feloniam commissæ sunt restituendi utpote à tempore violati, cōtractus feudalis. *fac. l. 7. §.1. de cond. causa data & c. & l. 38. §.1 de usuris jung. Ros. C.10. Concl. 42. n.26. ibiq. in add. lit. X. & Struv. S. 7. F. c. 15. th. II. n. 4. in med.*

§.4. Aut repetunt feudum actione poenali ex delicto competente, quo casu subdistingendum est.

§.5. Utrum delictum sit tale, propter quod ipso JURE feudum amittitur, & tum juxta omnium ferè DD. sententiam à tempore delicti omnes fructus percepti & percipiendi. *v. Ros. C.10. C.42. num. 36. extantes & consumti, quamvis inde vasallus non sit factus locupletior. Id. ib. num. 26. conf. Carpz. 3. Const. 32. def. ult. sunt restituendi facit. huc l. 17. & 18. ff. de his quibus in indign. v. Tiraquell. ad l. si unquam C. de revoc. don. verb. revertatur num. 268 271. & seq. late hoc probat Schrad. 2 p. 9. p. p. Sect. 3. num. 28. seqq. Cùm enim feudum talis vasallus amiserit, non potest amplius illius commodo frui; Sed. ex eo tempore, quo propter facinoris conscientiam jam de poena sua certus est, uti loquitur Struv. l. cit. per l. 15 pr. qui & à quibus manum. pro m. f. possessore habetur, quod latius diducit Rosenth. d. l. n. 13. seqq. ibiq. l. f. & seqq.*

§.6. Attamen *n. 20. inf. ib. hoc limitat*, si feudum possidens ejusmodi casu; ubi illud ipso jure amittitur, fuerit in bona fide v. g. Si ab emptore b. f. feudum revocet Dominus, propterea quòd sine consensu ipsius alienatum sit, quo casu inquit, fructus ante L. C. perceptos non esse restituendos; Cameram Imperialem qq. ita judicasse ibi habet. Quod tamen intelligendum est de fructibus consumtis *f. §. si quis à non Domino 36. 7. de R. D.* In quantum tamen.

tamen ex fructibus consumptis locupletior est factus, tantum restituere debet juxta praxin hodiernam. *v. Siruv. S. I. C. Ex. II. th. 23. vers. affirm. Carpz. 3. Const. 32. Def. 28. nisi præscriptio interceserit. Id. ib. Defin. 29.*

§. 7. Quod hîc dictum est de b. f. emtore, id juxta *D. Ros. d. n. 20. pr.* intelligendum est qq. de ipso vasallo qui feudum retinuit, postquam illud amiserat ipso jure, si non omnimodò in mala fide sit, sed putet Dominum consensurum esse, ut feudum ulterius retineat. v. g. si feudum ad certam conditionem aut tempus concessum, propter conditionem resolutam, aut effluxionem temporis determinati finitum sit, & vasallus illud retineat Domino fortè præsentem: vel si vasallus feloniam commiserit, quâ Dominus non admodum sit læsus, v. g. si feudum alienaverit, & postea illud redemerit, Domino alienationem ignoranti *vid. Siruv. S. J. F. c. 12.* interea servitia solita præstant; it: si debito tempore non petierit renovationem investituræ. Ejusmodi casibus maximè si feudum sit novum, credit vasallus Domium, fortè propter singularem favorem, quo semper prolecutus est eundem vasallum, ipsi hoc delictum ignoscere velle. *jung. pro hac opinione Autores citatos Schrader d. loc. n. 31. it. Carpz. 2. Const. 38. defn. 12. n. 6. seqq.* quamvis hujus sententiæ jam tum oblitus videatur in *3. Const. 27. Defn. 9. facit huc c. 2. de præscr. in 6to* ubi dicitur, quòd beneficium ipso jure amissum possessor iterum legitimè i. e. bona f. præscribere possit. *v. inf. c. 18. §. 9.* ad minimum enim ejusmodi vasallus habet fidem dubiam, non v. malam. *add. infr. §. 9. cap. 19.*

§. 9. An verò delictum sit tale (sequitur jam alterum membrum distinctionis v. §. 5. pr. h.) propter quòd feudum per sententiam privatoriam vasallo aufertur. & tum statuimus cum *Fachinzo 7. controvers. 94.* fructus ante L. C. perceptos non esse restituendos, quia vasallus antequam per sententiam feudo privatur, adhuc illius Dominus s. usufructuarius feudalis est, & sic fructus sibi acquirit. Neque objici potest, quòd mala f. possideat, cum possessio quam b. f. accepit ipsi nondum in dubium vocetur; nemoque teneatur poenam quæ ipsi per sententiam potest infligi, subire antequam condemnetur, adeò ut hoc casu

præscriptione sibi confirmare possit feudum, vid. §. 8. in fin. Cap. 19. h. Neque O. l. i. C. de his quibus ut indign. R. Fachinæus d. loc. §. fin. pr. in d. l. i. agi de eo casu, ubi hæres b. f. sive juxta leges possessionem nactus non est; scivit enim, aut scire saltem debuit, se adire hereditatem non posse, ante vindicatam defuncti necem; at in nostro casu secus est, ubi vasallus hætenus usque ad feloniam legitimè feudum possedit. Pro hac sententia plures Auctores vid. ap. Schrader. 2. p. 9. princ. Sect. 3. n. 34. in fin. & Rosenth. d. l. n. 21. ibiq. lit. P. & Q. ubi Glossam & Jacobum de Belviso inter alios citat. hinc etiam communiter admittunt, ejusmodi casu præscriptione delinquentem se defendere posse. v. §. 8. C. 18. inf.

§. 9. Si in quadam regione contrarium usu sit receptum, sc. ut fructus ante L. C. percepti hoc casu sint restituenti, id in dubio ita erit accipiendum, ut vasallus fructus restituere debeat, si tale delictum commiserit, propter quod certò scit, se judicio accusatum victum iri, quando sc. ipse sibi conscius est, se Domino accusante feudum retinere non posse.

§. 10. De impensis potest judicium sumi ex dictis de fructibus: videri tamen de illis possunt Struv. S. J. F. c. 15. ib. 17. Ludov. Syn. 7. Ep. 394. Rosenth. c. 10. Conc. 43.

C A P. XVIII.

De fructibus ultimi anni: quando feudum morte vasalli finitur.

§. 1.

Mortuò vasallo ante Kalendas Martij, fructus totius illius anni pertinent ad Dominum ad quem feudum redit; Si verò post Kalendas Martij decedat, fructus totius anni illius usque ad Septembr. quippe ubi novus annus incipit, lucratur heredes vasalli. 2. f. 28. §. his consequenter; quæ explicatio d. textus uti est communissima, ita eidem optimè congruit. Particula QUIDAM in fin. d. §. posita satis indicat, Autorem primò posuisse suam sententiam, & simul annotasse, alios quosdam singularem opinionem fovere; v. Rosenth. cap. 10. C. 42. n. 39. seqq.

§. 2.

§.2. Hujus consuetudinis ratio in eo est, ut si vasallus moriatur eo tempore, quo vel exiguus labor in fundo feudali est adhibitus v.g. in vineis ante Martium; vel quamvis labor sit adhibitus, tamen fructus adhuc sunt exigui, uti hyberno tempore res sese habet cum agris, ubi quamvis ante Martium omnis labor sit impensus, nihilominus messis est solum in herba & spe; multisque periculis est adhuc subiectum semen, ita ut nondum appareat, quinam & quales sint futuri fructus; ita etiam est comparatum in fructibus naturalibus, qui percipiuntur ex pratis & arboribus, qui ante Martium plane nondum, aut admodum exigui & subspectabilia apparent. Eo tempore inquam si moriatur vasallus, fructus imposterum adhuc ad perfectionem suam perventuri ad Dominum ut pertineant, merito est receptum atque longo usu introductum. *jung. vultej. l. f. c. II. n. 209. vers. prudenter seq n. 210. in fin.*

§.3. Si vero ad majorem perfectionem sunt redacti, & vasallus maximo tempore per illum annum feudum possedit, atque sua partim, partim heredum, filiarum v. g. opera & cura, quantum potuit, fructus adjuvit, æquum iterum visum est, ut si moreretur vasallus antequam illos percepisset, nihilominus heredes ipsius hoc commodum adhuc sentirent. *jung. §. 15. h.*

§.4. Ne vero nimis orirentur lites, quando impensa & labores plurimi sint adhibiti: ita quando fructus ad talem maturitatem pervenerint, ut ad heredes pertinere deberent; evenit hæc, quod in jure Civ. factum est, sæpius, ubi ad certitudinem aliquam de jure ratione temporis observando obtinendam, leges Civiles certos constituerunt terminos; uti videri est in termino pubertatis, qui distinguit pupillos à minoribus: item in termino minoritatis; qui est 25. annorum.

§.5. In hac itaque questione feudali de fructibus ultimi anni, certus qq. terminus constitutus habetur, ad tollendam omnem difficultatem & dissensionem; & quidem ita ille est constitutus, ut annus dividatur in duas partes æquales ab initio septembris, quippe ubi in Italia, ubi conscriptus d. §phus, & hæc consuetudo introducta est, fructus anni præteriti jam tum erant collecti, & initium fiebat laborandi pro fructibus futuri anni:

ab

Ab initio Septembris inquam usque ad initium Martij; & ab hujus initio iterum usque ad Septembris initium. Si jam vasallus moritur prima parte hujus divisionis, tum omnes fructus totius illius anni pertinent ad Dominum, ad quem feudum redit; si vero secundâ parte illius divisionis moritur, tum etiam omnes fructus illius anni ad heredes vasalli pertinent.

§. 6. De fructibus Autumnalibus, qui hodiè apud nos tardiùs percipiuntur, nempe mense 7bri vel octobri, ex dictis iudicium sumi potest: sc. eos pertinere ad Dominum, si vasallus moriatur ante Martium, ubi adhuc nulli labores sunt impensi, neque etiam fructus jam tum exstant: Si verò post Martij Kalendas, tum ad heredes vasalli spectare: Argumentum hujus est d. divisio, & ejus rationes, quarum non minima est æqualitas, ut, quemadmodum Dominus lucratur fructus totius anni, vasallò prima anni parte mortuò; ita vasalli heredes qq. eosdem percipiant per totum annum, si is mortuus fuerit post Kalendas Martij: Cùm aliàs fructus autumnales v.g. vindemiam, qui tamen plurimum operæ requirunt, & jam tum longò tempore spem atque gaudium vasallo ejusque heredibus creârunt, ejus heredes nunquam accipere possent; quod absurdum, ac contra æqualitatem & mentem dictæ divisionis. Docet hinc ratio, quòd multò magis fructus autumnales ad heredes vasalli pertineant, quando ipse vasallus post Augustum mense jam instante decessit; Si enim eo tempore mortuò vasallò ad ejus heredes pertinent, ubi minùs operæ impensum, & ubi fructus valdè exigui; quidni etiam accipient fructus, vasallò instante v.g. vindemia è vita excedente? *Jung. Hart. Pistor. 1. quest. 24. n. 49.*

§. 7. *Nec O. d. §. his. consequenter in fin* quòd fructus anni pervincant ad Dominum, si vasallus post Augustum decedat. & dicitur n. DD. quòd iste versiculus sit intelligendus, de fructibus anni futuri, quippe cùm in Italia, uti §. 5. h. jam dictum, eo tempore fructus præteriti anni jam tum erant collecti: Quia igitur in nostris Regionibus alia ratio est, nempe quòd fructus omnes percipi tam citò non possint, ideò alia qq. juris dispositio obtineat. *l. 32. ff. de pact. quæ expositio inde etiã probabilis fit, quia nondũ dictũ erat in d. §phò quis sit terminus, à quo inciperet portio annu*

anni ad Dominum pertinens, dictum n. erat solum, quod vasallō ante Martium mortuo fructus ad Dominum pertinerent.

§.8. De fructibus autumnalibus ita statuere, suadet illa qq. ratio, ne amplissimis rixis aperiantur portæ ratione impensarum. Si enim ejusmodi casu Domino adjudicares vindemiam & ceteros fructus autumnales, heredes vasalli poscerent expensas. v. *Schrad. 2. p. 9. princ. Sect. 3. n. 75. Carpz. 3. Const. 32. Def. 11. 12. & 14.* Dominus verò replicaturus esset iis de fructibus jamtum perceptis, quod vasallus ejusque heredes hætenùs habuerint commodum, uvas, poma, rapas, olera magnam partem jamtum consumserint; ubi certè maximè difficultas & lis oriretur, quid quantumve expensarum nomine heredibus vasalli adjudicari deberet. Accedit & illud incommodi, quod evitari omninò melius est quòd scilicet heredes vasalli, si viderent Patrem & respectivè vasallum graviter decumbere & morti appropinquare, omnes quos possent, etiam adhuc immaturos fructus colligerent, & sic tam ipsi quàm Dominus privarentur fructibus. &c

§.9. Dictum §. His consequenter, uti hoc capite traditum est, ita explicant communiter Feudistæ. vid. *Isernia. Præpos. Math. de Afflict. add. l. Struv. S. l. F. c. 15. th. 16. num. 4. Schrad. 2. p. 9. p. pr. Sect. 3. n. 74. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 24. num. 48. & 49. jung: n. 43 ubi consuetudine ita receptum dicit. Vultej. lib. 1. f. c. 11. n. 209. in med. & seqq. & pro hac sententia qq. præsertim quæ in §. 6. seqq. de fructibus autumnalibus prolata est, responderūt Jcti Herbipolenses, quod & sum extat apud D: Demeradam inter sua & sa ordine nonum; juncta vero sunt illa & sa ejnsdem falciculo differentiarum juris Communis & Franconici.*

§.10. Quæ hætenùs dicta sunt de feudo ad Dominum reverso, eadem qq. notanda & applicanda veniunt in casu, ubi feudum adagnatos venit. *fac. text. in 2. f. 45. in med. vid. Schrd. 2. p. 9. pr. Sect. 33. n. 77. Rosenth. C. 10. Concl. 42. n. 45 & in add. lit. OO. Carpz. 3. Const. 32. Def. 9. n. 6. & 7. Hartm Pistor. 1. quest. 24. num. 50. ubi communi Interpretum calculo hanc sententiam ad probatam dicit: add: Brunnem. Cent. 2. Decis. 37. n. 3. ubi hæc observanda dicit, etiamsi feudum ad filium pertineat.*

§.11, Quid obtineat in fructibus Civilibus vid. apud. *Struv. S*

H

I.F

l. F. c. 15. th. 16. in fin. Ludov. Syn. f. F. C. 18. p. m. 393. Rosenth. 10. Concl. 42. n. 45. & 56.

§. 12. De incrementis feudi lege *Ludov. ib. p. 394. Struv. ib. c. 12. th. 16. Rosenth. C. 10. Concl. 44.*

§. 13. Quæ in hoc capite §. 1. seqq. dicta sunt de fructibus in genere, eadem qq. in piscibus in piscinam immixtis, ut ibi multiplicentur & crescant, notanda sunt: ipsi enim tanquam species sub genere comprehenduntur; ipsi etiam pro fructibus pendentibus habentur. *Schrad. 2. p. 9. p. p. Sect. 3. n. 72. & Sect. 4. n. 10. & II. ibid. H. Pistor. 1. quest. 24. n. 65.* Ad eò quidem hæc vera putamus, ut etiam post Augustum mense Septembri vel Octobri ab heredibus vasalli adhuc percipi possint, per ea quæ de fructibus autumnalibus à §. 6. usque ad 10. h. dicta habentur.

§. 14. Quid verò si pisces singulis triennis eximantur lacu? & itidem divisionem temporis juxta d. §. *his consequenter. 2. f. 28.* esse instituendam; debent computari illi tres anni pro uno, quippe semel tantum fructus percipiuntur integro illo triennio, hoc modo, ut si intra 18 priores menses mortuus sit vasallus, fructus pertineant ad Dominum; si posterioribus, ad heredes allosiales. Et sic longâ pronuntiandi consuetudine citra aliquam expressam Constitutionem in Saxonia obtinere testatur *H. Pistor. l. cit. n. 69. conf. l. 7. §. 6. & 7. solut. martim. ibiq. DD. Rosenth. 10. concl. 42. n. 62. & 63. Atque ita respondisse f. Cios Jenenses & Lipsienses, refert Carpz. 3. Const. 32. Def. 26. in fin. & Def. 27.*

§. 15. Eadem juris dispositio, quæ §. 1. mo hujus Cap. adducta est, obtinet quoque quando fructus bis in anno percipiuntur, uti sunt gramina, & olera quædam &c. v. *Vultej. 1. f. 11. n. 212.* item quando sunt QUOTIDIANI, v. g. pecorum fructus atque usus v. d. l. 7. §. 9. ff. *sol. matr.* propter generalitatem textûs d. §. *his consequenter.* Etiam per hanc rationem, quam ante aliquot annos audiivi à Clarissimo D. Adriano Beiero J. Cto, qui Jenæ degit, addit: ff. de L. Aquila, occasione ejus, quod ibi habetur, si quis occiderit alterius animal quod pecudum numero est, quod tum damnnum æstimetur, quanti illud eo anno plurimi fuerit; sc. quia diligens paterfamilias Oeconomix suæ prospicit ad integrum annum, ideo quando ipsi semel inferitur damnû, per integrum annum istud

istud sentiet: ut brevis sim, applico hanc rationem nostro casui, cui omninò conveniens videtur; Pater familias hyberno tempore prospicit familiæ, cōparat sibi campos, prata, oves, boves &c. unde æstate veniēte sese alere, fructusq; percipere possit: Si vero jam media æstate ipsi, heredi inquam vasalli post Kalendas Martij mortui, auferrentur prata, puta semel detonsa, si ipsi auferrentur, oves, equi, vaccæ &c. magnum sanè damnum ipsi exoriretur; aut enim cariori & duplici pretio emere vel conducere necesse haberet, aut fructus, quos jus feudale ipsi adjudicat percipere nō posset; nam tum temporis sibi quilibet de pratis, pecudibus &c. prospexit, ita ut sibi vasallus in media necessitate ejusmodi res aut planè non, aut non sine maximo incommodo comparare possit. Potest hæc fortassis etiam fuisse ratio aliqua movens, cur in d. §. his conseq. 2. t. 28 statuatur, omnes fructus, qui post Kalendas Martij percipiuntur, ad heredes vasalli pertinere.

C A P. XIX.

De Felonia præscriptione extincta.

§. I.

Capite XV. & seqq dictum est de felonia; videndum itaque nunc, an & quomodo accusatio & pœna ejusdem præscribi possit?

§. 2. Ex dictis CAP. XVI. & C. XVII. §. 3. apparet, quòd si Dominus repetat feudum conditione causa non secuta, vel quacunque actione ratione contractus & conventionis ipsi competente, ipsi non possit opponi alia quàm 30. annorum præscriptio; & quidem juxta jus Canon. bona fide completa. *jung. Schrad. 2. p. 9 pr. Sect. 14. quest. 67. n. 15. in fin.*

§. 3. Actio ex delicto competens uti Jure Civili præscribitur: Ita & feudali. Quod ig. spectat ad actiones, ex delicto Dist. aut enim sunt civiles & competunt ex delictis privatis, & tum præscribuntur 30. annis. *v. Farinac prax. Crim. l. 1. t. 1. quest. 10. num. 23. add. l. 3. C. de præscr. 30. vel 40 ann.* Aut sunt Criminales, & tum regulariter præscribuntur 20 annis. *l. 12. ibiq; DD. C. de falsis. Barthol. ad l. 3. §. fin. ff. de accus. Carpzov. in sua prax.*

Crim. p. 3. quest. 141. n. 8. & seqq. quàm sententiam adeò communem dicunt, ut ab ea in iudicando neutiquam recedi possit aut debeat v. *Farinac. d. l. n. 1. & seqq.* adeò ut statuatur iudicem decapitari debere, si aliquem capitis condemnaverit, qui se præscriptione criminis tuebatur. *Guazzinus ad Defensam. def. 2. c. 2. n. 16.* & quòd iudex ex Officio hanc exceptionem supplere debeat, tradit ex *Carpz. Præ Nobilis D. Knorre Amicus noster singulariter colendus in discursu de pœn. Eccl. C. 5. in fine.*

§. 4. Cùm verò omnes actiones Civiles, quæ ex crimine descendunt, durent usque ad 30. annos. v. l. 3. C. de præsc. 30. l. 40. ann. quam communem esse DD. opinionem dicit *Carpzov. d. l. num. 60. it. Rosenth. c. 10. Concl. 39. lit. 1. Richter. Decis. 21. n. 43. junct. n. 41.* Ideò jure qq. feudali ad præscriptionem felonix 30. annos requiri, dicendum est. *Ros. d. l. Schrader 2. p. 9. princ. Sect. 14. n. 15. seq. Struv. S. 7. F. c. 15. th. 12. n. 8.*

§. 5. Ampliatur illa regula, quòd ad præscriptionem felonix requirantur 30. anni (1) ut hoc procedat etiam eo casu, quando feloniam consistit in illata Domino injuria strictè ita dicta; nam & actio injuriarum Civilis non præscribitur unò, sed 30. annis. *Carpz. l. c. n. 47. quam. Farinacius d. l. n. 23.* magis communem dicit. *jung. Guazzinus ad Defensam def. 2. c. 2. n. 57.* & verò hæc actio, qua feudum revocatur, non est Prætoriana, sed civilis, nempe ex consuetudine descendens. conf. *Ros. de feud. c. 10. C. 39. n. 38.*

(2) ampliatur ut 30. annorum præscriptio etiam requiratur, quando feloniam consistit in cucurbitatione; licet aliàs stupra & adulteria, quatenus sc. pœna legis Julix, i. e. Criminali coëcentur, quinquenniò præscribantur. *Carpz. ibid. Rosenth. d. l. n. 40.*

(3) ampliatur in enormibus criminibus v. g. parricidij &c. præscriptionem felonix locum habere quia non tam factum ipsum quàm actio ex illa intentata considerari debet: uti patet ex præcedentibus, & monet hoc *Schrader loc. cit. n. 15. in fin. & n. 16* & sic non obsunt quæ aliàs tradunt *Tagius tr. Crim. part. 16. n. 25. & 27. & Carpz. d. l. n. 52.*

(4) Ampliatur, etiam si de delicto constet per confessionem delinquentis: quia confessio reo non nocet, quando id confiteatur, cujus nomine actori nulla competit actio. l. 13. de interrog. in jure

jure ibique DD. item quia præscriptio est pro solutione, & idem valet ejusmodi casu præscriptio, ac si actor offensam remisisset. *l. 17. §. 6. de injur.* Defendunt hanc sententiam *Desianus in suo tr. Crim. l. 3. c. 37. n. 5.* *Guazzinus ad Defens. 2. c. 2. n. 17. & 29.* *Farinac. d. Quest. 10. n. 14.* ubi hanc magis communem dicit add. *Carpz. p. 1. Const. 25. def. 3.* Dissentiunt nonnulli, inter quos *Tegius tr. Crim. part. 16. n. 25.* *Schrad. defend. 2. p. 9 princ. Sect. 14. quest. 67. n. 17.* & refert exemplum *Guazzinus. Defens. 32. c. 21. in fin.* ubi quis fuerit capite truncatus post. 25. annos factâ confessione. Nudam tamen confessionem, quæ est sine complacentia & approbatione præteriti delicti effectum hunc habere, ut quis præscriptione non obstante puniri possit, non videtur asserendum; confessio enim nihil aliud inducit quàm notorium, ita ut perinde sit, si confiteatur reus, ac si plenè fuisset delictum probatum; quamvis autem crimen est probatum, nihilomagus is puniri potest præscriptione perfectâ oppositâ atque probata. Hanc sententiam latè propugnatam vid. apud *Carpz. d. p. 3. Q. 141. n. 29. seqq.* *Farinac. l. cit. n. 35.*

(5) ampliatur ut possit opponi executioni, quando sc. sententia jam transit in rem judicatam; nam exceptiones quæ non tam opponuntur contra sententiam quàm contra actionem, possunt opponi executioni. *v. l. 41. §. 1. de fidejuss. l. 11. de St. Macedon. Gail. 2. O. 17.* Sic & exceptio solutionis, cui hæc præscriptionis est similis per *l. 17. §. 6. de injur.* opponi potest executioni, *v. Struv. S. 7. C. Ex. 46. th. 9. in fin.* Et exceptiones quibus quis ipso jure tutus est, liberant reum, quando cunque eas judici indicet. *Zang. de Except. p. 3. proem. n. 3. atv.* ejusmodi est præscriptionis exceptio. *Id. ib. n. 10. it. Cap. 8. pr. & n. 5. in fin. jung. l. 45. de adm. & peric. tut.* Potest qq. hæc exceptio perinde atque solutionis opponi in processu executivo. *Koeler de Proc. Exec. p. 4. c. 1. n. 155. conf. omnino Guazzinus ad Defens. def. 2. c. 2. n. 9. & seqq. imprimis. n. 14.*

(6) Ampliatur, ut hæc exceptio præscriptionis detur contra ignorantem, quamvis crimen sit occultum, ita contra absentem & minorem, adeò ut nec restitutio in integrum concedatur: vid. *l. 18. ff. ex quibus caus. major. l. 3. C. de præscr. 30. l. 40. ann. & c. 2. de præscr. in 6. in fin. conf. Sebast. Guazzinus l. cit. n. 5. & 45. Schrad.*

der de feud. l. cit. n. 20. Diss. quidem Decianus tr. de Crim. l. 3. c. 37. n. 21. ubi putat in crimine occulto non currere præscriptionem; opponit pro stabilienda sua sententia *l. 6. ff. de Calumniat. d. R. illam l. agere de anno utili. vid. Glossa ibid.* Tempus verò continuum, de quo hîc agimus, quippe in pœnalibus tempus in dubio intelligitur continuum *Tagius tr. Cr. p. 16. n. 36.* currit etiam ignorantia. *l. fin. ibique DD. C. de dolo. l. 8. ff. de his qui not. infam.* Sic expressè de præscriptione adulterij, quod utique est crimen maxime occultum, statuitur in *l. 29. §. 5. & 7. ff. ad l. Jul. de adult* quòd currat à die commissi criminis. Accedit quòd in pœnis mitiores esse debeamus: *jung. pro hac nostra sententia Tagius d. l. n. 43. Carpz. d. Quæst. 141. n. 24. 25.* Et hanc opinionem communissimam esse, ita ut in judicando ab ea recedere non debeas, *vide ap. Guazzinum d. l. n. 41. seqq. junct. n. 38.*

§. 6. Limita, (1) præscriptio Feloniæ non currit contra pupillum, *f. l. 3. C. de præscr. 30. l. 40. ann. add. Rosenth. de feud. d. C. 10. Concl. 39. n. 44.*

(2) Limita; quòd præscriptio felonix non liberet, v. g. vassallum à privatione feudi, si Dominus possideat feudum; tum enim actio ex felonix Domino competens in modum exceptionis perpetuò opponi potest, *per l. 5. §. fin. ibique DD. ff. de doli m. & met. exc. v. Decianus d. l. 3. c. 37. n. 8. Farinac. d. l. 1. t. 1. Q. 10. n. 11. Guazzinus d. l. n. 71. Rosenth. l. cit. n. 63. seqq.*

(3) Si felonix continet læsionem successivam, i. e. quando continuatur, *v. Gail. 2. O. 104. Ros. d. Concl. 39. lit. S.*

§. 7. Quid de bona vel mala fide dicendum est, in præscriptione Criminum atque felonix? & distinguendo inter actionem criminalem & Civilem: Actionem criminalem quod attinet, certum est illam posse præscribi, neque quaeritur utrum delinquens fuerit in bona vel m. f. *vid. §. 3. h.* nam illud requisitum bonæ fidei pertinet ad præscriptiones rerum & jurium, quando v. g. quis tenet rem alterius, eamque præscriptione sibi acquirit; at secus est in criminum præscriptione; hîc enim præscribens non tenet rem aliquam, quæ est alterius pro sua; hinc communiter dicunt, quòd præscriptio criminum etiam cum m. f. procedat; scit enim delinquens se delictum commisisse: v. g. adulterium.

præ-

præscribitur, & tamen vel ex jure naturæ scit adulter se peccasse
v. Decianus tr. Crim. 3. c. 37. n. 19. dantur tamen delicta excepta.
 v.g. hereseos. c. 2. de præscr. in 6. Imò est aliquid in præscriptione
 criminum instar bonæ fidei, sc. quando quis benè & honestè post
 delictum commissum vivit; is n. videtur emendatus, & censetur
 purgata mala fama, propter desistentiam ab iniquo genere vi-
 vendi, & reversionem ad bonam frugem fingitur novus homo,
ut loquitur Tagius in tr. Crim. part. 16. n. 44. seqq.

§. 8. Quoad actionem Civilem distinguendum existimo,
 utrum pœna imposita ipso jure, nec ne: Si pœna non imposita est
 ipso jure sed per sententiam venit imponenda, tum uti supra §. 8
 Cap. 17. dictum est, hîc qq. statuo, delinquentem non esse in ma-
 la fide, retinendo sc. bona sua, adeoque post 30. annos, bona sua
 ipsi propter delictum auferri nequeunt: Censetur ipsi Dominus
 remisisse injuriam, dum quod poterat ob delictum vasalli acqui-
 rere, omisit quærere; nō enim tenetur vasallus se Dño. offerre, ut
 sibi pœnā imponi curet *Fach 7. Cont. 94. vers. alij huc afferunt, &*
§. fin. infin. In quavis enim actione qua res ab aliquo repeti potest,
 eam tamen offerre debitor non tenetur, præscriptio procedit,
 quia ipsi nihil imputari potest, & censetur creditor jus suum re-
 misisse. *conf. Panormitanus ad c. 9. n. 43. ext. de foro compet:* hinc
 est quod dicunt, contra jus non quæsitum, sed quærendum, præ-
 scriptionem etiam cum mala fide procedere: *Schrad. d. l. n. 19.* &
 sic videtur accipiendum, quod DD. tradunt, actioni pœnali præ-
 scribi 30. annis *v. Schrad. d. l. n. 18.*

§. 9. Si verò pœna est imposita ipso jure, tum verius puto, de-
 linquentem non posse se munire præscriptione contra vindic-
 cantem istam rem, v.g. feudum; talis enim possessor m. f. rem, quā
 scit jam tum esse alterius, tenet: hinc DD. communiter pronun-
 ciant, ejusmodi delinquentem non lucrari fructus, sed pro m. f.
 possessore esse tractandum. *v. supra §. 5. Cap. 16. jung. Panormit.*
l. cit. facit huc c. 2. de præscript. in 610. ubi dicitur quòd si quis per
 delictum vel ipso jure vel per sententiam amiserit rem. v.g. feu-
 dum, aut beneficium Ecclesiasticum, quod tum quidem acto-
 rem rem istam petentem repellere possit præscriptione; si ta-
 men ea legitimè facta sit: ubi apparet quòd bona fides ad ejus-
 modi

modi præscriptionem requiratur, prout etiam Glossa ibid. nos remittit ad cap. præcedens, ubi vocabulum *legitimè præscribere*, explicatur, quòd sit bona fid. præscribere: Imò in d. c. 2. expressè dicitur, quòd ubi bona ipso jure sunt amissa v. g. per crimè hæreseos, ea nihilominus præscriptione bonæ fidei iterum acquiri possint ab heredibus hæretici, bonâ fide illa possidentibus. Consentit *Joh. Andrea ad d. l. n. 3. in fin.* ubi vocabulum legitimè explicat quòd idem sit ac Canonicè præscribere. Ad fin. §. 9. Consentire videtur *Farinac. l. 1. tit. 1. quæst. 10. num. 28. vers. amplia. it: Guazzinus l. cit. n. 88.* dum tradunt, quòd ex crimine condemnatus nullo tempore possit pœnam præscribere; idem verò est quando quis ipso jure ob delictum privatur re quapiam, quia tum dicitur sententia super ipso delicto esse jam tum lata. *Tiraquell. l. cit. n. 408. pr.* Sentit autem Farinacius ita de possessore m. fidei, seu qui post condemnationem impedit executionem augiando; quòd casu præscriptionem nullam contra executionem allegari posse, statuit. Casus vero aliquos, ubi quis feudum ipso jure amissum b. f. possidet, præter illum qui est in c. 2. de præscr. in 6. inf. vid. supra §. 7. Cap. 17.

§. 10. Ex quibus illud sequitur, quòd, si Dominus declaraverit se velle feudum ipso jure jam tum suum repetere, nec ulterius vasallo relinquere, tum vasallus non possit esse in bona f. & sic nec præscriptione Dominium directum, iterum sibi acquirere. v. *Panormitanus l. c. it: Decius Conf. 554. n. 2. conf. Tiraquell. ad l. si unquam C. de revoc. donat. verb. revertatur n. 394.*

C A P. XX.

De Feudis impropriis ratione temporis v. g. de feudo Guardix, Gastaldix & c. & horum occasione de feudo Camera & Cavenæ.

§. I.

Feudum Guardix, quod loco mercedis conceditur alicui ad hoc, ut guardiam i. e. custodiam Domino præstet, v. g. Civitatem aut Castrum defendendo & custodiendo: Feudum itidem Castaldix, quod in mercedem datur pro suscipienda administra-

stratione ceterorum aulicorum negotiorum. v. *Praposi ad 2. f. 1. num. 10. Ludov. Syn. 7. F. c. 4. p. m. 84.* & omnia alia, v. g. Cancellaria, Advocatia, quod datur pro Patrocinio. *Rosenth. c. 2. § 68. n. 1. in fin.* hoc modo data feuda solum durant ex natura sua unicum annum. i. f. 2. rationem reddunt haec, quod haec Officia anni tempore finiantur, & quod Officiales sua officia singulis Kalendis Januarij olim ingressi fuerint. *vid. Intrigliolus de feud. Quest. 35. n. 6. seqq. Praposi. l. cit. ubi inter alia adducit l. 36. ff. de cond. & dem.*

§. 2. Patet hinc, quod ad heredem accipientis non transeant haec feuda, ita nimirum, ut is in perpetuum vel saltem aliquot annos hoc feudo frui possit: hoc tamen exinde habet haeres ut si ejusmodi vasallus Officialis decedat intra annum forte etiam initio suscepti officij, is jure haereditario totius anni illius pensionem, s. commoditatem feudi sentiat, quia salarij s. mercedis nomine vasallo Officiali iste usus feudalis concessus erat; jam vero Officialem transmittere integram pensionem s. salarium anni coepti ad heredes patet *ex l. 4. ff. de Off. Assess. l. 15. C. de Advoc. div. jud. Schrader. 2. Cap. 4. n. 41. Gail. 1. O. 44. Carpz. 2. Const. 5. Def. 10. add. D. Naurath. de Rationariis von Berechneten Dienern p. m. 94.*

§. 3. Plures limitationes ad id, quod dictum est, hujusmodi feuda durare solum per unicum annum, videas licet apud *Rosenthal. C. 2. Concl. 70. 71. & 73. in fin. ad Andr. de Ifern, ad 1. f. 10. num. 4. & 5.*

§. 4. Sic nota: quod haec feuda guardia & similia, v. g. ut praestet quis officium Dapiferi, Marischalhi &c. interdum sint feuda recta & quidem conditionata. v. *Schrad. 2. c. 4. n. 54.* si nimirum primum concedatur alicui feudum, & deinde in contractu feudali servitia ejusmodi vasallo injungatur. *Rhetius ad 1. f. 2. pr. n. 4.*

§. 5. De feudo Soldatae illud habendum est *ex 2. f. 10. in fin.* quod nihil aliud sit quam gratuita, citra oneris alicujus impositionem, praestatio annua: quae personalissima est, i. e. a neutra parte in haereditate transit, quanquam & titulo feudali confertur *conf. Ros. c. 2. Concl. 75. n. 4. add. si lubet Intrigliolus de feud. Quest. 35.*

§. 6. Non inutile videtur de eo dispicere. An feuda guardia

Castaldia & similia 30. annorum cursu præscribi possint in feuda recta? & non posse præscribi. Nam generaliter statuitur de quovis feudo, quod vasallus, qui est Officialis Domini, possidet, illud præsumi esse feudum Guardia vel Castaldia &c. i. e. mercedis nomine datum propter Officium, adeò ut contrarium non aliter probari possit quàm per Pares Curtis vel breve testatum. *l. f. 2. §. 1. & l. f. 5. §. 3.* explicatur hoc ibidem §. 4. per feudum pignori datum; ubi dicitur, quòd si quis velit asserere, se de feudo quod ab initio pignoris nomine accepit, postea investitum esse, is hoc eodem modo, quo Guardianus vel actor se feudum rectum possidere affirmans, debeat probare: ex quo patet, quòd ratione probationis in vestitura idem obtineat in hisce duobus feudi generibus; jam infero ulterius: Sicuti feudum quod pignori datum est, non potest prescriptione adquiri, ita nec feudum Guardianum &c. At verò illud non posse præscribi, constat ex *l. f. 28. E.*

§. 7. Cùm tamen illo casu oriatur saltem præsumptio ex cursu 30. annorù, ita ut feudum possidens possit juramento confirmare, se investituram accepisse; ita hoc nostro casu idem obtinet, ut sc. præsumptio oriatur, Guardianum &c. de feudo tanquam recto investitum esse, v. §. 4. in f. h. & sic juramento suam intentionem corroborare possit.

§. 8. Quòd autem pignoris nomine tenens feudum, item Castaldus vel Guardianus feudum præscribere nequeant, illa qq. ratio docet, quia ad prescriptionem feudi requiritur bona fides v. supra C. 3. §. 1. jam v. uterque scit rem esse alienam, sibi non conceptam in feudum proprium; neque sibi titulum possessionis mutare potest. *Consentit Rosenth. C. 6. Concl. 80. n. 1. seqq. ibique l. a. ubi alios qq. allegat.*

§. 9. Ad hæc feuda impropria ratione temporis, quæ sc. in heredes non transeunt, volunt quidam etiam referre feudum Camera & Cavenæ, uti videre est ap. *Schrader. 2. c. 3. n. 84.* Sed contrarium verius est: Cùm enim in jure feudali *np. 2. f. 1. §. fin.* doceatur, quòd in Camera & Cavena Domini perinde feudum constitui possit, ut in aliis rebus immobilibus, non video cur hæc feuda non sint referenda ad propria, & communem feudi naturam ha-

habentia, ita ut ad heredes vasalli qq. sint transitoria. Adducit pro contraria quidem opinione *Math. de afflict. ad d. 2. f. 1. §. sciendum n. 7. Jacobum de Belviso*, sed nullam solidam rationem proferunt; fundare se volunt in l. corruptione ff. de usufr. quæ huc nequaquam pertinet; dicitur ibi solum, quod usufructus finitur morte usufructuarij, Ergone verò idem de usufructu feudali contra l. f. 1. 2. f. 11. & 50. asserere satagis? Cùm etiam in 2. f. 2. §. 1. ejusmodi feudum dicatur rectum. *Ad stipulantur huic nostra sententia Schrad. l. c. Rosenth. C. 2. Concl. 75. n. 6. ibique lit. e.*

§. 10. Quando Camera vel Cavena Domini est inops, ita ut usufructum illum feudalem, i. e. redditus determinatos solvere nequeat, quæritur, si ea postea fiat locuples, an quantitatem illam quam solvere antea non poterat, nunc exhibere vasallo debeat? *Aff. vid. e. notandum. 2. f. 58. jung. l. 17. §. 1. de ann. leg. l. 15. §. 4. loc. cond. & hæc est communis sententia. vid. Math. de Affl. ad 2. f. 1. §. sciendum n. 1. Schrad. 2. c. 3. n. 87. Prepositus ad 2. f. 58. pr. & Rosenth. C. 2. C. 76. n. 4. in f. ibique citati l. d.*

CAP. ULT.

§. 1.

Quod Processum feudalem attinet, is in causis feudalibus regulariter perinde atque in Civilibus obtinet. *Gail. 2. O. 156. n. 1. Schultz. in Syn. 7. F. c. f. n. 49. seqq. Struv. S. 7. F. c. fin. th. 10. Mynsing. 5. O. 5. n. 5.*

§. 2. Appellatio qq. intra decendium interponenda est. *Gail. 1. O. 93. n. 3.* Quod autem in l. f. 22. §. fin. legitur, appellanti ad Imperatorem 6. septimanas licere in possessione manere, id explicant DD. ita, ut vasallus quietè per id temporis possideat, nec cogatur statim ire ad Imperatorem, sed se præparate ad hunc actum intra illud tempus valeat *Vultej. 2. f. c. 3. n. 6. Rosenth. de feud. C. 10. Concl. 20. n. 14.*

§. 3. Hodie ut in causis civilibus, ita etiam in feudalibus tempus 6. mensium ad introducendum, insinuandum & reproduendum processus appellationum datur. *Ros. d. l. add. Ordin. Camer. de anno 1548. p. 2. tit. 30.*

SIT GLORIA DEO TRIUNI.

CO.

COROLLARIA.

- I. Promittens matrimonium sub conditione impossibili quamvis tali, qua non sit contra matrimonij substantiam, nihil agit: hinc, si dicas puella, ducam te uxorem, si cras eris longior ulnam aut pedem quam hodiè, illã ducere non teneris.
- II. In legatis ad pias causas Falcidia non habet locum.
- III. Filius emancipatus potest esse testis in eo testamento, in quo pater ipseus est institutus haeres.
- IV. Testamentum, in quo pater filium familiã instituit sub conditione casuali aut mixta, non est nullum: quoad legitimam enim conditio habetur pro non adjecta.
- V. Alienatã hypotheca speciali, regulariter non potest conveniri ejus possessor, principali debitore nondum excusso.
- VI. Si quis te fugientem, quem latro persequitur, impedit sciens vidensq; latronem, quò minus te fugã salvare possis, facultatem eundem impredientem necandi, habes legitimam & naturalem.

ERRATA.

In pag. 7. §. 10. lin. 1. pro lum, leg. illum. pag. 8. §. 11. in fin. pro investitura leg. in restituta. pag. 10. c. III. in tit. dele voc. specie. p. 11. §. 5. pr. pro 39. leg. 30. in lin. 2. d. §. 5. pro Realibus leg. Regalibus. p. 14. C. 5. in tit. pro extraneo leg. extraneo. p. 16. §. 2. pr. pro porôt leg. pout. & lin. penult. d. §. pro investitura, leg. investitura. pag. 18. §. 7. lin. 8. pro aperd leg. apud p. 20. §. 30. in lin. 4. post. 1. f. 8. add. §. phô p. 23. lin. 10. pro aut leg. autem. ib. lin. ult. leg. revocari in pag. 26. §. 4. lin. 2. leg. masculis. ib. §. 6. lin. penult. leg. exclus: p. 29. §. 3. pro videns leg. vide. ib. §. 6. in f leg. filiis. p. 30. §. 10. lin. 1. dele comma, & leg. rationes. p. 31. lin. 4. leg. perseveraverint. ib. lin. 16. post voc. permittat, adde comma,

Reliqua errata corrigere, excluder tempora.

F I N I S.


Handwritten marginal note on the right edge of the page, partially obscured by the binding. It appears to contain the words "In ratione temporis off."




WMA

ULB Halle 3
003 932 508







F. d. Num. 8
1678, 6a
17

DISSERTATIO
INAUGURALIS JURIDICA,
DE

JURE CIR-
CA FEVDA
RATIONE TEMPORIS
OBSERVANDO,

P. 222.

Quam
AVtore Deo ter optIMO, eIVs FILIo VnIgenItO & spIrItV sanCto
PERMISSV ATq. AVTHORITATE

AMPLISSIMI ICTORUM
ORDINIS

PRO LICENTIA
SUMMOS IN VITROQUE JURE HONORES &
PRIVILEGIA LEGITIME CONSEQVENDI
MAGNIFICO DNN. PROFESSORUM COLLEGIO

IN
ILLUSTRI LUDOVICIANA
PUBLICè VENTILANDAM PROPONIT

JOHANN - KORNACHER,
SVINFURTO. FRANCUS.

Ad diem 21. Novembris
ANNO MDC LXXIIX.



G I E S S Æ.
Ex Typographia Academiæ Ordin. KARGERIANA.

